p. ad 2 ⁊ 3 perſonã in p cõiugatiõe. a. et ⁊ pluraliter mus etis ent Futuro to
tu vel ille ⁊ pluraliter mus atote anto in 2 aut 3 e vt doce lege in 4 vero i. vt au
di at amus te ant Futuro to tu vel ille amus tote ynto. Optatiuo mõ
tpe pñti vtinã rem res ret ⁊ pluraliter rem⁹ retis rẽt. pterito plusq̃ pfecto ſſes
fuiſſes fuiſſet i faiſſem⁹ fuiſſetis faiſſent ſſes ſet ⁊ et pluraliter ſſem⁹ ſſetis ſent Futuro i p em es et ⁊ plurr em⁹ etis ent
in 2 vero tertia ⁊ 4 am as at pluraliter amus atis ant Cõiũctiuo mõ tpe pr-
ſenti in p cũ em es et: ⁊ pluraliter emus etis ent in alĳs vero cũ am as at ⁊ plu
raliter cũ am⁹ atis ant pterito iperfecto rẽ res ret pluraliter rem⁹ retis rent
pterito pfecto cũ ri3 ris rit pluraliter rimus ritis rint pterito pluſq̃ pfecto ſſes
fuiſſes fuiſſet ti fuiſſem⁹ fuiſſetis faiſſent fuero fueris fuerit ti fuerim⁹
ſſes ſet: pluraliter ſſemus ſſetis ſſent. Futuro ro ris rit. ⁊ p luraliter rimus
fueritis fuerint ri fuiſſem iri
ritis rint. Infinitiuo modo re pterito pluſq̃ perfecto iſſe futuro tum ire.

VErba defectiua sunt illa q̄ nō seruāt p̄dictas regulas vt sunt hec.sum.es. est:fero fers fert.volo vis vult:malo.nc.ꝛ cōiugant sic. ¶Indicatiuo mō tpe p̄senti.sum es.est ꝛ pluraliter sum⁹ estis sunt:p̄terito īperfecto.erā.eras.erat ꝛ plural'r eram⁹.tis.ant.p̄terito pfecto.fui .fuisti fuit:ꝛ plural'r fuim⁹ stis fuerūt p̄terito pluſq̄pfecto fuerā.as.at.ꝛ pluraliter fueram⁹.atis.ant.futuro.ero.eris erit.ꝛ pluraliter erimus eritis erūt.¶Imperatiuo mō t.p.fis sit ꝛ pluraliter si mus este sint Futuro esto tu vel ille ꝛ pluraliter simus estote sunto . ¶Optati uo modo.t.p.ꝛ p̄terito īperfecto vtinā essem es set ꝛ pluraliter vtinaꝫ essemus. tis.sent.p̄terito pfecto ꝛ pluſq̄pfecto vtinā fuissem es set ꝛ pluraliter vtinā fuis semus.tis.sent:futuro vtinā sim sis sit:ꝛ pluraliter vtinā simus sitis sint.¶Cō iunctiuo modo.t.p.cū sim sis sit ꝛ pluraliter cū simus sitis sint:preterito impfe cto cum essem ses set ꝛ pluraliter cum essemus tis ent Preterito pfecto cum fue rim.ris.rit ꝛ pluraliter cum fuerimus ritis.rint.preterito pluſq̄ perfecto cum fuissem es set et pluraliter cum fuissemus tis.ent:futuro cuꝫ fuero.ris.rit.ꝛ plu raliter cum fuerimus fueritis fuerint.¶Infinitiuo modo.t.p.esse preterito p fecto ꝛ pluſq̄ perfecto fuisse futuro caret.¶Gerundia essendi essendo essendū participia vnum vcꝫ ens.¶Indicatiuo. t.p.Fero fers fert ꝛ pluraliter ferimus rtis erunt p̄terito pfecto tuli in p̄senti īperatiui fer ferat ꝛ pluraliter feramus ferte.ꝛc.in futuro ferto tu vel ille:in p̄senti infinitiui ferre in ceteris tēporibus tertiā cōiugationē seqtur.¶Indicatiuo modo.t.p.Volo vis vult ꝛ pluraliter volum⁹ vultis volūt impatiuo caret in p̄senti optatiui ꝛ īp̄terito impfecto cō iunctiui vtinā vellē ꝛ cū vellem in futuro optatiui ꝛ in p̄senti cōiunctiui vtinaꝫ velim ꝛ cū velim in īfinitiuo velle in ceteris vero tpibus p tertiā cōiugationem vna cum nolo ꝛ mallo coniugatur.¶Indicatiuo edo edis vel es edit vel est:et i p̄senti impatiui edat ꝛ pluraliter edamus edite futuro edūto infinitiuo edere in ceteris tertiā cōiugationē sequit.¶Indicatiuo.t.p.fio fis fit ꝛ in preterito p fecto factus fui in p̄senti optatiui ꝛ in preterito imperfecto cōiunctiui fierē fie res ꝛ in p̄nti infinitiui fieri ꝛ in supinis factū factu in ceteris tēporib⁹ quartā cō iugationē seqtur.¶Odi noui cepi ꝛ memini sunt p̄teriti pfecti idicatiui modi ꝛ oīa tpa q̄ ab ipsis formari possunt retinēt:ceteris vero carent:memini aūt bꝫ in futuro īperatiui memēto ꝛ memētote ꝛ nota q⁹ scōꝫ aliquos tēpora q̄ formā tur a predictis cetera p ordinē īportant in p̄mis tū p̄teritū pfectū indicatiui pre sens eiusdem ꝛ seipsum significat ꝛ p̄teritum pluſq̄ pefectū:p̄teritū īperfectū et sic de alīs.¶Aue auete aueto auetote.Salue saluete saluto saluetote dico du co ꝛ facio cuꝫ compositis faciūt in p̄senti impatiui dic duc fac.¶Queso in plu rali solū bꝫ q̄sum⁹ ꝛ hec de verbis irregularib⁹.Consulo tū principiātib⁹ ne ibis terant tēpus dū tū regularibus finonimis vti possint vt loco de fero fers porto as aut gero geris ꝛ sic de alīs qnibus mediantibus alia postmodū per seipsos adipisci poterunt.sum es fui tamen est necessariū:cuꝫ sit generalis regula ad oia alia vt patet cuilibet bene intuenti. De verbis ō fectiuis.

QUod ne verbuꝫ aut est personale aut īpersonale:psonale bꝫ tres psonas taꝫ in singulari q̄ in plurali:ꝛ est multipler videlicet substantiuum vocatiuū actiuum:passiuum:nentrum:commune ꝛ deponens. De generib⁹ verboꝝ ꝛ eo rū naturis.

De ſubſtantiuis. Verba ſubſtantiua ſunt tria ſum fio ⁊ exiſto:⁊ eorũ vim habẽtia ſunt ambulo/ſto/ſedeo/incedo:et habent talem naturam ꝙ volunt ante ſe et poſt nominatiuũ et cõpoſita de ſum es fui: ſunt abſum/adſum/deſum/inſum/interſum/poſſum/preſum/ꝓſum/obſum/ſubſum/⁊ ſuperſum/⁊ volũt nominatiuũ ante ſe/datiuũ vo poſt:preter poſſum qõ exigit infinitiuum.

De vocatiuis Verba vocatiua ſunt quinq; videlꝫ voco:/dico:/nomino:/nuncupo:/et appello:⁊ habẽt talem naturam ſicut verba ſubſtantiua.

De actiuis. Verbũ actiuũ terminatur in o.et poteſt de ſe facere paſſiuum in or. vt amo addita r.fit amor:⁊ habet talẽ naturã/ꝙ vult nominatiuũ ante ſe in perſona agẽte:⁊ accuſatiuũ poſt ſe in perſona patiẽte:de ſpeciali tñ natura quedã volũt genitiuũ vel ablatiuũ:⁊ ſunt vba pertinẽtia ad accuſationem/dãnationẽ/reprehenſionem/laudem/vel vituperium.Alia ſunt que ratione acquiſitionis volunt datiuum:⁊ quedam dicunt tranſitiua/que poſt ſe duos regũt accuſatiuos:⁊ ſunt verba pertinentia ad doctrinã/petitionem/et deprecationẽ:ſunt etiã quedam effectiua que poſt ſe regũt ablatiuũ vt verba pertinentia ad priuationẽ/expoliationem/ponderationẽ/alleuiationem/⁊ ornatum. Alia ſunt que mediante prepoſitione a.vel ab.regunt ablatiuum: et ſunt verba pertinẽtia ad receptionẽ/ſuſceptionem/liberationem/vel abſolutionem.

De paſſiuis. Verbũ paſſiuũ terminatur in or:⁊ põt dimittere r.⁊ redire in ſuũ actiuũ:vt amor r.remota fit amo:⁊ habet talẽ naturã ꝙ vult nominatiuũ ante ſe/in perſona patiẽte:⁊ ablatiuũ poſt ſe a.vel ab mediãte. De natura tñ ſpeciali datur regula ꝙ qualẽcunq; caſum regit verbum actiuum poſt ſe de natura ſpeciali eũdem regere poteſt verbum paſſiuum ab eodem deſcendens.

De neutris. Verbum neutrum definit in o.⁊ non poteſt facere de ſe paſſiuum in or.et eſt multipler:vt in ſequentib⁹ ptz. ¶ De poſſeſſiuis que poſt ſe genitiuũ vel ablatiuũ volunt:⁊ ſunt egeo es.ĩdgeo es careo es.abũdo as.affluo is.exubero as.ſatago is.⁊ memini meminiſti. ¶ De acquiſitiuis que poſt ſe regunt datiuum: vt ſeruio is. faueo es. aſpiro as.benefacio is.derogo as. detrabo is.hereo es.obuio as.occurro is.ſubuenio is.prouideo es.placeo es.indulgeo es.obtempero as.caueo es.repugno as:conſulo is.ſatisfacio is.incumbo is. ¶ De tranſitiuis que accuſatiuum regunt: vt aro as/ſemino as.vindemio as.planto as.fero is.comedo is.ceno as.poto as.biboi s.digero is.mingo is.neo es.glomero.as ſuo is.tero is.implico as.certo as.edifico as.pungo is.puto as. ¶ De effectiuis que poſt ſe ablatiuum regũt:vt caleo es.gaudeo es.pingueo es.paueo es. frigeo es.albeo es.nigreo es.ſtupeo es. ¶ De abſolutis que nullum caſum poſt ſe exigunt:vt viuo is.pereo is.occido is.dormio is.deficio is. ſurgo is.reſto as. trado is.nauigo as.volo as. ¶ De neutropaſſiuis que eãdem habent naturam cum verbis paſſiuis:⁊ ſunt erulo as.liceo es.vapulo as.veneo is.nubo is.

De cõibus. Verbum commune definit in or/ et non formatur a verbo definente in o. et duplicem habet ſignificationem/actiuam videlꝫ et paſſiuam: ⁊ ꝙ generaliter omnia verba terminata in or carent preterito:ſupplent tamen ipſum per participium preteriti perfecti:⁊ ſum es fui:⁊ verba communia ac etiã deponẽtia formant ſupinum ex analogia fingendo vocem actiuam:vt letor aris. leto letasletatũ.

tas letatū:excipiunt tñ aliqua q̄ suis locis ponēt.verba comunia sunt largior ris/experior is exptū veneror aris moror aris/osculor aris bortor aris/criminor aris / amplector eris amplexum /interpretor aris/ hospitor aris.

De verbis deponentibus.

VErbū deponens terminat in or t nō formāt a verbo terminato in o t est multiplex:nam quoddam dicitur possessiuū qō regit gtīm post se vt recor dor aris/ reminiscor eris/obliuiscor eris oblitū/misereor eris misertū. ¶De acqsi tiuz q̄ datiuū p̄ se regūt/vt auxilior aris/iurior aris/emulor aris/opitulor aris/ blandior is/adulor aris/minor aris. ¶De transitiuis que post se accusatiuū vo lunt vt sequor eris secutum aggredior eris gradior eris gressum reor reris ratū/ opinor aris/arbitror aris/fateor eris fassum/vlciscor eris vltuz /adipiscor eris adeptū/consequor consequeris cōsecutum/nitor eris nisum vel xuz/loquor eris utum . ¶De effectiuis que post se ablatiuum regunt vt vtor is vsum/ abutor eris fruor eris fructum/fungor eris/potior iris potitum/vescor eris tristor aris/ irascor eris /verecundor aris /amentor aris/miror aris. ¶De absolutis que nul lum casum post se regunt vt expergiscor eris experrectum morior iris/iocor aris nugor aris venor aris piscor aris labor eris lapsum. ¶De deponentibus passi uis que talem naturam habent sicut verba passiua vt orior oriris ortum ira scor eris iratum patior eris passum.

De verbis i personalibꝫ.

VErbum impersonale est duplex videlicet actiue vocis qō terminatur in.t. t passiue vocis in tur:actiue vocis est multiplex:nam est interest et refert quando ordinantur cum infinitiuo volunt ante se genitiuum exceptis geniti uis quorūdā pronominū loco quorum ponuntur mea tua sua vestra t nostra. ¶Hec tamen libet placet vacat liquet accidit suppetit euenit cōtingit t restat qñ ordinantur cū infinitiuo volunt dtīm ante se. Ista vero videlicet oportet in uat delectat t decet qñ habent post se infinitiuum volunt ante se accusatiuum. ¶Piget tedet pudet/t piget volūt añ se accusatiuū in persona patiē te t post se genitiuum in psona agente. ¶Verbū impsonale passiue vocis vult ante se ablatiuum a vel ab prepositione mediante.

De infinitiuo.

INfinitiuus construitur cum accusatiuo ante se psone agentis in actiua si gnificatione et in passiua persone patientis:post se vero construit cum casu sui verbi.

REgula generalis .Quencunqz casum regit verbum personale post se eū dem regit gerundium supinum/t participium:ante se tamen nullam ha bent naturam.

De pticipio.

PArticipium est pars orationis declinabilis actum operandi cum casu significās t est duplex actiue vocis et passiue actiue est duplex/videlicet presentis t futuri: participium presentis formatur a prima persona preteriti im perfecti per mutationem de baz in ns/vt amans:participiū vero futuri forma tur ab vltimo supino per additionez de rus vt amatu addita rus fit amaturus participium tamen passiue vocis habet duo tempora videlicet preteritum t fu turum preteritum formatur ab vltimo supino per additionem de s vt amatu addita s fit amatus:futuruz vero a genitiuo presentis participñ vt amātis tis mutata in dus fit amandus.

De aduerbio.

Aduerbium est pars orationis indeclinabilis actum operandi determinans: cuius significationes multe sunt: nam quedam sunt aduerbia interrogandi vt quo qua vbi et vnde: ideo querentibus per quo respondendū est per hec aduerbia huc illuc istuc intro foras: nomina tm̄ propria vbium in accusatiuo ponuntur vt: pergo romam. ꝛc. nomina appellatiua etiam in accusatiuo cum in vel ad vt vado in vineaz vel ad vineam: per' qua respondendum est per hec aduerbia hac istac illac. nomina propria vbiū ponūtur in ablatiuo vt transiui roma: appellatiua vero in accusatiuo cuz per vt transiui per platea. ¶ Per vbi respondendum est per hec aduerbia hic istic illic intus foris alibi alicubi. ꝛc. nomina vbium ꝛ oppidoꝝ prime ꝛ secunde declinationis in genitiuo ponuntur vt papa est rome vel in accusatiuo mediante ista propositione apud vt viri apud forum: nomina vero tertie declinationis in ablatiuo si sint propria vbium vt manfi autinone: ꝛ in pluraliter declinatis vt athenis pisis ꝛc. appellatiua vero in ablatiuo cum propositione in. ¶ Per vnde respondetur per hec aduerbia hinc istinc illinc. ꝛc. nomina vbium in ablatiuo ponuntur vt venio roma ꝛ appellatiua de/a vel ab mediante.

De ꝯiunctiõe.

Coniunctio est pars orationis indeclinabilis que dictiones ac sententias coniungit: et est multiplex videlicet copulatiua vt ꝛatq; ꝛc. disiunctiua vt vel siue. ꝛc. conditionalis vt si. rationalis vt ergo. ꝛc.

De ꝓpositione.

Prepositio est pars orationis indeclinabilis que alijs partibus coniunctim aut diuisim preponitur. prepositiones sunt in multiplici differentia. quedam deseruiunt accusatiuo ꝛ sunt ad ob per post cis citra trans vltra extra erga contra supra circum circa ante apud penes prope secus inter intra p̄ pter preter vsq; versus circiter scōm. ¶ Deseruientes autem ablatiuo sunt a ab e ex de pro pre cum coram sine absq; clam.

De interiectione.

Interiectio est pars orationis indeclinabilis animi affectum significans: ꝛ quedam sunt que significant admirationem vt. o. heu. timorem aut letitiam vt euax euge. dolorem vt heu. indignationez vt ve. ¶ De tribus principijs in grammatica consideratis: primum est concordare substantiuum cum adiectiuo que in tribus tenentur conuenire videlicet in genere numero ꝛ casu. In genere quod si substantiuum est masculini generis feminini vel neutri adiectiuz debet esse. In numero quod si substantiuum est numeri singularis vel pluralis adiectiuum debet esse. In casu quod si substantiuum est nominatiui casus genitiui vel datiui adiectiuum debet esse. Secundum principium est cōcordare suppositum cum verbo: suppositum est casus ante verbum cū quo in numero et persona tenetur conuenire. In numero ꝙ si suppositū est numeri singularis vel pluralis verbuz debet esse. In persona quod si suppositum est prime secunde vel tertie persone verbum debet esse. ¶ Tertium principium est concordare relatiuum cum antecedente que in duobus tenētur conuenire videlicet. In numero ꝛ in genere. In numero ꝙ si antecedens est numeri singularis vel pluralis relatiuum debet esse. In genere quod si antecedens est masculini generis feminini vel. n. relatiuum debet esse: vt in sequenti oratione patet. ¶ Vi quidem viri studio fere

uentes pape virtutes adamant que angelos et homines palam beatos reddũt.

De fine totiꝰ grammatice ꝙz ō oratiōe congrua ꝛ eiꝰ cōſtructiōe.

ORatio congrua eſt ordinatio dictionum perfectam ſententiam demonſtrans: cuius conſtructionis dantur regule: et in primis eſt regula generalis/videlicet quod eo modo ꝛ ordine quo dictiones concipiuntur et ordinantur in mente ordinari et exprimi debent in voce (Ariſtotele primo perihermenias id demonſtrante) regule ſpeciales dantur de conſtructione videlicet quod ſi vocatiuus eſt in oratione ab eo incipienda eſt conſtructio: et ſi deeſt/a nominatiuo: et poſtmodum a ſuo verbo cum quo conuenit deinde caſus qui poſt ſe regitur ei addatur et genitiuus vel datiuus dictioni illum regenti: imperſonale autem verbum ſi eſt/a ſuo caſu precedente incobandũ eſt. ad uerbium verbum aut participium immediate determinat/ prepoſitio cum caſu cui deſeruit ordinatur: hec omnia in predicta oratione patent.

De orthographia.

QUanq̃ orthographia ſit vna pars grammatice et prior natura omnibus alijs: ex eo quod oratio conſtat ex dictionibus: dictio ex ſyllabis ſyllaba ex litteris: tamen quia omnes ad grammaticam accedentes prefatam partem fere per ſe notam habent: ideo hoc in loco eam breuiter tractamus. ¶Eſt enim orthographia ars docens quibus litteris vnaquęq; ſyllaba ſcribi connectiq; debet: et ex quibus ſyllabis dictio: ideo ars recte ſcribendi dicta eſt: adoleſcentes tamen in primis non querunt quid litera ſit: quia vero eſt/eis ſufficit nec quot litere ſint: quoniam alphabetum id per ſe fert: ut de nomine vel figura nam ad hoc non indigent intellectu ſed ſenſu: querunt autem de earum poteſtate et ordine: ſunt enim omnes littere in duplici differentia: nam quedam ſunt vocales vt. a. que in corde cauſatur. e. in gutture. i. in capite gutturis. o. in faucibus ꝛ. v. in labijs: et ſunt etiam conſonantes que ex vocalibus cõponuntur ſine quibus ſonum habere non poſſent: nam. e cauſat. b. c. d. f. g. l. m. n. p. ſ. t. ſed a cauſat ſolum h. ꝛ. k. ſolum. v. cauſat. q. alie autem videlicet. i. ꝛ. o nihil cauſant: et ratio eſt: nam vbicunq; eſt maioritas et minoritas ibi eſt equalitas/teſte Ariſtotele. ſed in compoſitione conſonantium eſt maioritas et minoritas vt patet: nam. e. plures cauſat conſonantes q̃. a. et. a. q̃. v. et ratio eſt: quoniam. e. conuenit cum motu terre que plus habet de materia q̃ aqua: ꝛ a cum motu aque q̃ plus habet de materia q̃ aer; ꝛ. v. cum motu aeris qui plus habet de materia q̃ ignis in quo nihil generatur: ideo. i. ratione acuitatis conuenit cum eo: et. o. cum cum celo: nam figuratur in ore ad ſimilitudinem circularis figure: ꝛ ſic non poſſunt eſſe plures vocales aut pauciores q̃ quinq;. Conſonantium autem alie mute vt. b. c. d. f. g. k. p. q. t. et alie ſeminocales vt. l. m. n. r. s. dicuntur mute quia parum ſonant: et ſeminocales quia magis in formatione ſonant: dici etiam poſſunt liquide quia ſepe liqueſcunt. ¶Diphthongi ſunt quinq;: videlicet ae au ei eu et oe. tota tamen difficultas huius partis conſiſtit in ordinatione literarum/ retentione: mutatione: ſubtractione: et interpoſitione: de quibus dantur regule. prima quod omnis litera capitalis alicuius exordij vel tractatus dz eſſe magna: li-

tera tamen nominis proprij vel officij significantis aliquam dignitatem quodã modo potest maiorari: est tamen aduertendum/q nunq; A. confracta poni debet in medio dictionis: sed in principio. a. vero integra ĩ qualibet parte. ꝛ. fracta in fine solum integra autem vbiq; .r. rotunda in fine: sed r longa in qualibet parte. s. longa in principio aut medio. s. rotunda in fine tantum.

¶ Secunda regula nulla consona geminari debet in principio/aut fine: in medio tamen causa asperitatis post vocalem geminari potest: vocalis autẽ vbiq;.

¶ Tertia regula/nũq;. n. ãte bas cõsonãtes b. m. p. imediate ordinari potest: sed loco eius ponitur m vt impono. ꝛc. nec etiam inter m. ꝛ n. immediate ponit p vt domne: sed per sincopam subtrahitur i de domine. ¶ Quarta regula / q d. ante q. in eadem dictione in c. mutari debet: vt quicquid et b. ante s. in p. vt nupsit. tamen mutatur in c (quo ad sonum/non autem quo ad figuram) quando cum alia vocali post t sequitur / nisi t ponatur in principio dictionis vel b. intermediet aut s. immediate precedat: et quando secunda persona alicuius verbi pronunciatur cum t sic est scribẽda: sz prima non pronuncietur: vt sentio sentis. ¶ Quinta regula /licet omnis dictio casualiter declinabilis desinens in aliquam istarum cõsonantium. c. l. n. t. r. retineãt illam per omnes casus cetere autem mutãtur/vel abijciuntur. ¶ Serta regula omne verbum habens in prima persona presentis indicatiui aliquam istarum consonantũ. l. p. s. r. retinet illam immutabilẽ per omnia tempora: et talis regula intelligitur de verbis regularibus. ¶ Septima regula /quot numerale est: quod ꝛ quam relatiuum ꝛ q; q; coniunctio q; vero aduerbium. Item cõ aduerbium dictio compositiua est: sz cũ ꝓpositio ablatiua deseruit. tãtũ nomẽẽ: tm aũt aduerbiũ ꝛ ceu i. tanq; aduerbium est: seu vero cõiunctio: ad propositio: sed at coniunctio. gd ꝛ id causales sunt: quit ꝺo et it ꝺba. ¶ Octaua regula/q ois ꝓpositio si adiũgat alicui dictioni compositum auget/aut minuit/vel mutat. ¶ 9. regula quando iste propositiones ob ab sub componuntur cum dictionibus incipientibus ab aliqua istarũ cõsonantiũ c. f. g. m. p. r. mutatur b /in ea sdẽ/ in ceteris vero manet integra. ¶ 10. regula quando ad cõponit cum dictione incipiente ab f. si post f. ponatur consona remouet ꝺ. si aũt vocalis ꝺ mutatur in a ꝛ si addet his literis. c f g n l p r s t. mutatur in similem cui addatur in alijs autem retinetur. ¶ 11. regula quotienscunq; ista propositio dis componitur cum dictione incipiente ab aliqua istarum consonantium. c. f. p. s. t. integra manet in ceteris vero dis in di mutatur. ¶ 12. regula /con aduerbium quãdo inseparabiliter componitur cũ dictione incipiente a muta /n. remanet vel mutatur in m. si cum liquida autem n. mutatur in similem liquidam excepta l si cum vocali subtrahitur. ¶ 13. regula quando ista prepositio ex ordinatur cum vocali aut aliqua istarum consonantium c p t s integra manet.

ARs versificandi non est de essentia grammatice: sed emanans ab ea: nec etiam accentus sed a natura cuius ars quantitatem syllabarum presupponit: qua homines (obstante minerua) vti non valent: iccirco relinquendus est ab arte accentus ipse: nisi sit causa differentie que in paucissimis inuẽta est.

Logica est



Logica est scientia veri falsi

In libro ō di sciplina scholariū.

ꝙ indagatrix (teste Boetio) cuius finis et subiectum est argumentū vtibile: et ipsa est de secundis intentionibus iunctis primis: vt inquit Auicenna i sua logica. ¶ Prima intentio est id quod actu primo intellectus vendicatur. ¶ Secunda qō secūdo. ¶ In logica considerant principaliter inter alia: terminus/propositio/suppositio/ampliatio/restrictio/ꝛ argumentum. ¶ Terminus ꝑm Aristotelem ad placitum significatiuus est in quem resoluitur propositio/significare ad placitum est intellectū cōstituere: idest aliquid a se ex voluntaria impositione intellectui representare ex primo peribermenias. ¶ Terminorum alius categorematicus qui per se est significatiuus. Alius sincategorematicus qui cū aliis est significatiuus. ¶ Et quia rerum quedam sunt vniuersales: ꝛ quedam particulares: iccirco duplex est terminus categorematicus communis: videlicet qui sub vna impositione plura significat: vt homo/animal/ et discretꝰ seu singularis qui sub vna impositione tantum vnum significat vt petrus/paulus vnde Aristoteles. dicimus enim singulare numero vnum: vniuersale vero qō in bis singularibus est.

Prio prioꝝ.

In prio perihermenias.

In tertio metaphysices.



Vniuersale est vnū

De vniuersalibus.

in multis versabile/seu versatum/ꝛ vnum preter multa: vnde Aristoteles quod commune est apud multa existit: et diuiditur in genus speciem/differentiam proprium: ꝛ accidēs ¶ Genus est vnum in multis differentibus specie de quibus in eo qō qd ꝑdicaꝫ ¶ Spēs est illud vniuersale qō sub assignato genere ponitur: vel qō de pluribus differentibus numero in eo qō quid predicatur. ¶ Genera priora sunt naturaliter ipsis speciebus: et differētijs/differentie aūt et species his de quibus predicantur: et sicut participatiōe speciei (vt in eodem) plures boues sunt vnꝰ bomo: sic et participatiōe generis (teste Boetio) plura animalia sunt vnum animal. ¶ Differentia est qua alterū differt ab altero: specifica differētia cui cōpetit genus contrahere/speciē constituere/eāq facere differre: ꝛ sic genus est principium speciei: genera enim placere opz: ꝛ informata specificis differētijs pficere spēs. vñ Aristoteles. genꝰ sumiꝫ a materia/differentia vero a forma: ꝛ spēs a cōposito: nam sicut ex ere et figura constat statua sic/species: teste porphirio: ex genere ꝛ differētia. ¶ Proprium dicit qō soli speciei immediate et oī individuo mediate semp cōuenit: nemo ꝓprium dicit qō/cōtingit alij inesse sed vniuersale est cui propria passio primo inest: ꝛ equaliter predicaꝫ de illis que illo ꝑticipāt: equaliter em petrus et paulus risibiles sunt. ¶ Accidēs est qō adest et abest preter subiecti corruptionē: ꝛ denominatiue in eo qō quale predicatur: non idem est homini et musico esse ex primo physicorum: hoc quidem permanet: illud vero non: iccirco de ipso nulla est speculatio accidentium tamen est/scientia dum impropriis coordinationibus seorsum considerantur

In septimo metaphysices.

Porphiriꝰ in suis vniuersalibus.

Quinto metaphysices.

Aristoteles primo topicorum.

Ex ārto metaphysices.

De predicamentis.

Predicamentum est ordinatio dictionū scōm sub ⁊ supra: et quia decem sunt genera generalissima: decē sunt predicamenta: videlicet substantia/quāti tas/quādo/q̄litas/actio/passio/relatio/sit⁹/vbi/⁊ habitus. et in q̄libet considerātur genera/species/et indiuidua. ¶ Generalissimū est super quod nō est aliud supueniēs gen⁹. ¶ Specialissimū est post qō nō est alia iferior spēs ¶ Media iter generalissimū ⁊ specialissimū genera subalterna et species subalterne ponuntur: que duas habent habitudines. ¶ Indiuidua sunt post specialissima a qb⁹ nulla erit p̄dicatio (teste Aristo. i p̄dicamētis) ⁊ hec oia patēt in arbore porphiriana posita in nono ⁊ vltio libro. ¶ Substātia est primū ens/a quo oia dependēt: et ipa est id cui ꝓprie cōpetit substare/⁊ p se esse/et est duplex. prima et secunda. Prīa est q̄ magis substat ōr ꝑ scōa: et est substantia indiuidua / secunda vero sunt species et genera/species tamen magis est substantia/ꝑ genus (teste Aristotele) ex eo: quia pluribus substat ꝑ genus: et quia ad specificationē et indiuiduationē substantie specificantur/et indiuiduantur omnia accidentia iccirco in qualibet coordinatione accidentium figurari potest similis figura illi que in predicamento substantie figuratur. ¶ Quantitas est ens mensurativū substantie. ¶ Quantitatis aliud continuum aliud discretum. Continuum est cuius partes copulantur ad vnum terminum communem. Discretum est cuius partes non copulantur ad vnum terminum communem. Itez quantitatū alia virtutis/alia mollis/et vtraq; est continua et discreta/mollis quantitas diuiditur in lineam/superficiem/profunditatem/corpus/tempus/et locum/discreta autem in numerum et orationem. ¶ Quando est duratio rei secundum eius permanentiam: vel est dispositio derelicta in re temporali ex adiacētia temporis ad rem temporalem secundum quam aliquid esse/vel fuisse/vel futurus esse dicitur. ¶ Qualitatē dico secundum quas quales esse dicimur: et est duplex propria et communis. Propria est illa que ꝓprie vni conuenit: vt caliditas igni: et risibilitas homini. Communis vero est illa que potest adesse et abesse preter subiecti corruptionem: vt albedo/aut nigredo. ¶ Actio est actus secundum quem agere dicimur: quoniam est actus actiui seu agentis: vt quo: sed patientis: vt in quo. ¶ Passio est actus secundum quem pati dicimur: et sic est passiui actus pati. ¶ Relatio est id quo vnum refertur ad aliud: vt pater paternitate refertur ad filium: et filius filiatione refertur ad patrem. relatiua sic se habent ꝙ posita se ponunt et perempta se perimunt. ¶ Situs est habitudo rei situantis ad rem situatam/seu est dispositio derelicta ex ordinatione partium secundū ꝙ dicimur stare seu sedere. ¶ Vbi est habitudo rei vbificātis ad rem vbificatam. ¶ Habitus est habitudo rei habituantis ad rem habitam: vel est dispositio derelicta a re habente ex adiacētia rei habite. vnde Aristoteles habentis vestem ⁊ habite intermedius est habitus. Et nota ꝙ ista decē predicamēta versantur circa omnia entia creata de quib⁹ habetur vera scientia nā ipis ignoratis ignorare oia entia creata necesse est: qm̄ ab ipsis oia particularia originē trahūt ideo primi act⁹ essendi dicunt ⁊ ad quot se extēdit vnū ⁊ reliquū.

Porphiri⁹ i suis vniuersalibus.

Aristoteles septimo methaphysices.

In predicamentis.

De p̄dicamētis accidētiū ⁊ ꝑmo ō ꝙti tate.

Auctor sex ꝓncipior.

De q̄litate ad mētē Aristotelis.

Aristoteles tertio phyſicor.

Quinto methyſices.

Propositio est oratio cõstituta ex terminis significãs aliqd esse vel nõ eẽ. vt bonitas est magna. auaricia nõ est bona. Propositio est dupler. s. vera et falsa. Propositio vera est illa que significat sicut est vt iustitia est virtus. Propositio falsa est illa que sicut ipa significat non est: vt bonitas est mala. homo nõ est ens ꝛc. Propositio dicit duobus modis: q̃dã ẽ cathegorica alia ẽ hypothetica. Propositio cathegorica ẽ vna ofo ī qua est subiectũ ꝛ p̃dicatũ ꝛ copula: vt bonitas ẽ amabilis: deꝰ est eternus fides est magna virtꝰ: auaricia est mala. Propositio cathegorica ẽ quadruplex scilicet vniuersalis pticularis indefinita ꝛ singularis. Uniuersalis est illa cuiꝰ subiectũ est terminꝰ cõis additꝰ signo vniuersali. vt ois lapis est sensualis: ois ptãs est bona ꝛc. Propositio particularis est illa cuiꝰ subiectũ est terminꝰ cõis additꝰ signo ptĩcularis: vt q̃dã bonitas est magnitudo: aliqua virtꝰ est sensualis. Propositio idefinita ẽ illa cuius subiectũ est terminꝰ cõis sine signo: vt bonitas ẽ potẽs. hõ est creatꝰ ꝛc. Propositio singularis est illa cuiꝰ subiectũ est terminꝰ discretꝰ vel terminꝰ cõis iunctꝰ pnomini demõstratiuo. exẽplũ primi: vt iesus xp̃s ẽ deꝰ hõ: Bernardus est scholaris. Exẽplũ scõi: vt iste hõ est theologus Itẽ ꝓpositio cathegorica est dupler. s. affirmatiua ꝛ negatiua. Affirmatiua est illa cuius p̃dicatum subiecto attribuit vel attribui vr: vt hõ est creatus. hõ est rõnalis. Negatiua est illa cuiꝰ p̃dicatũ a subiecto remouetur vel remoueri videt vt homo nõ est lapis. hõ nõ est plãta ꝛc. Logicus vtit tribꝰ petitionibꝰ in ꝓpositione. s. que. qualis. quãta. ply q̃ q̃rit vtrũ ꝓpositio est cathegorica an hypothetica. Per quãta petit si est vniuersalis particularis idefinita an singularis. Per qualis aũt an est affirmatiua an negatiua. Quedã ꝓpositiões cũ alijs cõcordãt tribꝰ modis: vno mõ qñ sunt eiusdẽ quãtitatis vel q̃litatis: vt si vna est vniuersalis ꝙ alia sit vniuersalis ꝛc. vel si vna est affirmatiua ꝙ alia sit affirmatiua. ꝛ sic de negatiua. Scõo modo qñ hñt simile subiectũ vel predicatũ: vt bonitas est durãs. magnitudo est durãs ꝛc. Tertio modo quãdo sunt similes in subiecto ꝛ predicato: vt bonitas est magna: bonitas nõ est magna: ꝛ sic de alijs.


De ꝓpositione.

Conuersio est mutatio subiecti in p̃dicatũ ꝛ econuerso. Logicus facit duas cõuersiones. vna ꝺr simplex alia p accidẽs. Simplex conuersio est mutatio subiecti in p̃dicatum ꝛ econuerso remanentibꝰ in vtraq; ꝓpositiõe eadẽ quãtitate ꝛ qualitate. Ut nulla bonitas est odibilis. Cõuertit sic. nullũ odibile est bonitas. similiter quedam bonitas est magnitudo: conuertur sic: quedam magnitudo est bonitas per istam conuersionẽ conuertũtur vniuersalis negatiua ꝛ particuluris affirmatiua. Cõuersio p accidẽs est mutatio subiecti ī predicatũ ꝛ ecõuerso remanẽte ī vtraq; eadẽ q̃litate ꝛ variata quãtitate. vt oẽ sensuale ẽ differẽs: cõuertit. quoddã differens est sensuale. Sil̃r nullũ aial est lapis. Quertit qdã lapis nõ est aial ꝛc. Per istã cõuersionẽ quertunt vlis affirmatiua ꝛ negatiua ꝛ sic cõuertit pticularis affirmatiua similiter idefinita ꝛ singularis scõm suũ modũ. De pticulari negatiua nõ fit ꝓprie cõuersio eo ꝙ ꝓpositio vera posset querti in falsam. vt si quoddã aial nõ est homo: conuerterẽt quidã homo non est aial: falsa esset: et eodem modo potest dici de alijs similibus. Unde versus. Feci simpliciter cõuertit eua p acci.

De cõuersione.

Deoppositionibus.

In propositiõibus q̃ cõcordãt i simili subiecto ꝛ p̃dicato fiũt q̃tuor oppositiones. s. cõtraria p̃dictoria subcõtraria ꝛ subalterna Cõtrarie opposita sunt vniuersalis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua cõcordãtes in subiecto ꝛ p̃dicato. Ut dicẽdo ois bonitas est magna nulla bonitas est magna ꝛ sic de alijs. Cõtradictorie opposita sunt vniuersalis negatiua ꝛ pticularis affirmatiua vel vniuersalis affirmatiua ꝛ pticularis negatiua ꝛc. De p̃mo sic nulla bonitas ẽ magna q̃dã bonitas ẽ magna. De scõo sic. ois bonitas est magna: q̃dã bonitas nõ ẽ magna ꝛc. Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua ꝛ pticularis affirmatiua: vl vniuersalis negatiua: ꝛ pticularis negatiua. De p̃mo sic. ois bõitas ẽ magna q̃dã bõitas ẽ magna. De scõo sic. nulla bõitas ẽ magna q̃dã bõitas nõ ẽ magna ꝛ sic de alijs. Subcõtrarie sunt pticularis affirmatiua ꝛ pticularis negatiua cõcordãtes i subiecto ꝛ p̃dicato: dicẽdo sic q̃dã bõitas ẽ magna. q̃dã bõitas nõ ẽ magna ꝛ sic de alijs velut patet in sequẽti figura. Et sicut dicitur de particulari ita potest dici de indefinita ꝛ singulari.



Extrema ppositiõis cathegorice sunt subiectũ ⁊ predicatũ. Cathegorica est duplex q̃dã est de disiuncto extremo: alia de copulato extremo. Illa cathegorica est de disiuncto extremo in cuius subiecto vel predicato ponit disiũctiua cõiunctio vt bonitas vel magnitudo est per se magna ⁊c. vel dicẽdo sic. hõ est aial vel lapis Illa cathegorica est de copulato extremo i cui⁹ subiecto vel p̃dicato est copulatiua cõiunctio vt bonitas ⁊ magnitudo sunt amabiles. vel dicendo sic bonitas est magna ⁊ potẽs. et aliq̃n est cathegorica de vtroq; extremo disiũcto vel copulato: ⁊ aliq̃n de vno extremo disiũcto ⁊ altero copulato. Cõtradictio est affirmatio: et eius contradictoriũ negatio ad idẽ secundũ idẽ sil'r ⁊ in eodẽ tpe p̃dicate. De equipollẽtijs.

¶ Equipollẽtia est equalis valentia duarum ppositionũ in quantitate ⁊ qualitate: ⁊ sic due cõtrarie equipollent p negationẽ postpositã: ⁊ due cõtradictorie per negationem prepositam: due vero subalterne per negationem prepositam ⁊ postpositam.

De materia propositiõis

Materia est triplex naturalis cõtingẽs ⁊ remota. naturalis est illa in qua p̃dicatũ est de essentia subiecti vel proprij ei⁹ vt homo est aial hõ est risibilis. Materia contingẽs est illa in qua p̃dicatum põt adesse vel abesse p̃ter subiecti corruptionem vt homo est albus. Materia remota est illa in qua p̃dicatũ non potest cõuenire subiecto vt homo est asinus.

De legibus.

Lex cõtrariarũ talis est q̃ in nulla materia p̃t simul eẽ vere: falsẽ tñ in materia contingenti. Lex subcõtrariarũ talis est q̃ i nulla materia p̃t simul esse falsẽ: vere aũt i materia cõtingenti. Lex cõtradictoriarũ talis est q̃ in nulla materia possunt simul esse vere vel falsẽ. Lex subalternarũ talis est q̃ si vniuersalis est vera et eius particularis nõ tñ ecõtrario: nisi in materia naturali vel remota.

De ppositione hypotbetica.


Propositio hypothetica est oõ i qua due cathegorice per cõiunctionẽ adinuicẽ vniunt: vt bonitas est magna ⁊ magnitudo est bona ⁊c. Propositio hypothetica est septupler copulatiua disiũctiua cõditionalis rõnalis temporalis localis. Copulatiua est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice coniuncte p coniunctionẽ copulatiuã vt bonitas est magna: ⁊ differẽtia est cõcordãs ⁊c. Disiũctiua est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice cõiuncte p cõiunctionem disiunctiuã vt homo est aial vel leo est sensibilis ⁊c. Cõditionalis est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice cõiuncte per hanc dictionem si vt si ouratio est potẽs ptãs est ouãs ⁊c. Rõnalis est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice cõiuncte p has coniũctiones igit vel ergo vt sapientia est amabilis igit bonitas est potẽs ⁊c. Tẽporalis est hypothetica in qua sunt due cathegorice coniuncte cum aduerbio temporali vt bonitas est magna quando magnitudo est bona ⁊c. Localis est illa hypothetica in qua sunt due cathegorice coniuncte cum aliquo aduerbio locali vt virtus est vbi iustitia est ⁊c. ¶ Ad hoc q̃ copulatiua sit vera requiritur quod ambe sue cathegorice sint vere sed quando aliqua cathegoricarum est

falsa tunc ipsa est falsa vt dicendo homo est animal et homo est capra ꝛ ideo dicitur copulatiua pro vna parte falsa tota falsa. Ad hoc quod disiunctiua sit vera sufficit aliquam suarum cathegoricarum esse veram: vt dicendo bonitas est virtuosa .vel homo non est animal ꝛc. Et ideo dicitur disiunctiua vna parte vera tota vera. Sed ad hoc ꝙ disiunctiua sit falsa opꝫ ꝙ ambe sue cathegorice sint false: vt dicendo homo est irrationalis: vel lapis est animal ꝛc. Ad veritatem conditionalis requiritur ꝙ antecedens nequeat stare sine consequenti: vt tu es homo ergo tu es ens. Ad cuius cognitionem habendam consideretur si oppositum consequentis repugnat antecedenti. Ad falsitatem vero requiritur ꝙ antecedens possit stare sine consequente: quod etiam poterit videri considerando quod oppositum consequentis non repugnat antecedenti ꝛc.

De modalibus.

OMnis propositio est necessaria. possibilis. impossibilis vel cōtingēs. Necessaria est illa q̄ sic est vera ꝙ nullo modo pōt esse falsa: vt dicēdo. deꝰ est bonus magnus ꝛ eternus: homo est animal ꝛc. Possibilis est illa que pōt esse vel non esse: vt homo erit scholaris: homo non erit cerdo ꝛc. Sed quando illud quidem poterat esse et non esse: est contingens: vt galcerandus est scholaris vel ipse est lusor ꝛc. Impossibilis est illa que significat rem que nullo modo potest esse: vt homo est irrationalis: homo non est animal ꝛc. ¶ Ex his fiunt quatuor oppositiōes/ sicut i illis de ineſſe: vt ptꝫ in sequenti figura. Et est notandū/ quod duplex est propositio modalis /composita videlꝫ et diuisa. composita est illa in qua modus precedit /aut sequitur totam propositionem. diuisa vero est illa in qua modus ponitur inter partes dicti/ Dictum est oratio infinitiua / vt hominem currere/ modi sunt necessarium/ impossibile/ possibile/ ꝛ contingens: et consideratur triplex quantitas ꝛ qualitas in propositione modali: vna ex parte modi: nam vbi ponitur necessarium est vniuersalis affirmatiua de modo/ ꝛ impossibile negatiua/ et vbi possibile et contingens particularis: ex parte autem dicti omnes sunt indefinite/ et affirmatiue: si negatio non mediat inter partes dicti/ ex parte subiecti dicti sumitur quantitas et qualitas / sicut in illis de ineſſe: et equipollent oēs per has dictiōes amabimus edētuli iliace purpurea ordine quo ponuntur in figura/ a affirmat dictum et modum v negat vtrunqꝫ/ et i. modum e. qꝫ dictum. Et est notandū ꝙ litere dictionum predictarum debēt sic ordinari nam amabimus ponitur in primo ordine / edentuli in secundo iliace in tertio ꝛ purpurea in quarto et in qualibet dictiōe sunt quatuor vocales secundum ꝙ quatuor sunt ordines et cuilibet per ordinem attribuitur vna et secundum talem dicitur affirmatiua de dicto aut modo aut de vtroqꝫ videlicet dicto et modo seu dicitur negatiua de dicto vel de modo aut de vtroqꝫ exemplum diuidatur amabimus in quatuor sillabas quas continet a attribuatur primo ordini et sic talis propositio erit affirmatiua tam de dicto quaꝫ de modo et ma attribuatur secundo ordini et :bi tertio .mus autem quarto. et sic de aliis fiendum est.

purpurea illiace.



amabimus edentuli

De ſuppoſitionibus.



Suppoſitio eſt acceptio termini pro re vniuerſali vel ſingulari: et eſt triplex: videlicet ſimplex. perſonalis. et materialis. Simplex eſt acceptio termini pro re vniuerſali: vt homo eſt ſpecies. Perſonalis eſt acceptio termini pro re ſingulari: vt homo currit. Materialis eſt acceptio termini pro re materialiter capta: vt homo ē dictio diſſyllaba. vnde Ariſtoteles talia ſunt ſubiecta. qualia permittunt eorum predicata.

De ampliationibus.



Ampliatio eſt ſtatio termini communis p diuerſis temporibus de qua dantur regule. Prima eſt q̄ in omni propoſitione in qua ponitur verbum preteriti perfecti vel participium: terminus precedens ampliatur pro eo quod eſt vel fuit: vt virgo fuit meretrix. Secunda regula in omni propoſitione in qua ponitur verbum vel participium futuri temporis terminus precedens ſtat pro eo quod eſt vel erit vt ſenex erit puer. Tertia regula eſt omnis terminus in propoſitione poſitus reſpectu huius verbi poteſt vel eius participij ſtat pro eo quod eſt vt eſſe poteſt: vt album poteſt eſſe nigrum.

De reſtrictione.

Reſtrictio eſt ſtatio termini in propoſitione pro paucioribus ſignificatis q̄ eius requirat natura: vt omnis homo albus currit.

De argumēto.



Argumentum eſt ſermonum aggregatio ex quib⁹ alij ſermones ſequūtur: vt bonitas eſt ergo aliquid eſt. Argumentū eſt tota oratio ex antecedente et conſequente compoſita. Argumentum habet quatuor ſpecies ſcilicet ſyllogiſmum inductionem. enthymema. et exemplum. Probatio eſt argumentum in quo veritas eſt apparens: et poteſt fieri tribus modis. ſ. auctoritate neceſſaria: ratione et demōſtratione. Demonſtratio eſt manifeſtatio alicuius ignoti per aliq̄ notum vel minus noti per magis notum. Et poteſt fieri tribus modis: ſcilicet per quid: per quia et per equiparantiā. Demonſtratio per quid eſt quando effectus demōſtratur per cauſam: vel inferius ſeu poſterius per ſuperius ſiue pri⁹ Demonſtratio per quia eſt quando per effectum cauſa demonſtratur: vel quando per inferius ſeu poſterius demonſtratur ſuperius vel p⁹ius. Demonſtratio per equiparantiam eſt quando aliquid equale ignotum vel equale minus notum demonſtratur per equale magis notum: et hec eſt magis bona et neceſſaria probatio q̄ due predicte: quoniam per ipſam altiora demonſtrantur.

De ſyllogiſmo.



Syllogiſmus eſt argumentatio in qua ex duabus premiſſis propoſitionibus in debito modo et figura ordinatis ſequitur concluſio. Syllogiſmus in ſe debet habere duas premiſſas et vnam concluſionem: vt dicendo ſic. omne bonum eſt amabile: omnis virtus eſt bona: ergo om-

nis virtus est amabiliset istarum duarum premissarū. Prima dicit maior scđa minor:z ista que sequitur ex ipsis vocat conclusio. Tres termini sunt necessarij ad faciendū syllogismū:quorū vn⁹ dicitur mediū:ali⁹ maior extremitas:ali⁹ minor extremitas. Mediū est ille terminus q ponit bis ante conclusionē:scilicet semel in premissa maiori:et semel in minori. Maior extremitas est ille terminus qui cum medio facit primam propositionem. Minor extremitas est ille terminus qui cum medio facit secundam propositionem. Medium nunq̄ debet poni in conclusione. Sed ipsa debet fieri ex maiori extremitate et minori. Et omnia ista patent in syllogismo predicto. Et est notandum q̄ quedam est conclusio directa :et quedam indirecta. conclusio directa est illa in qua maior extremitas predicatur de minori. Conclusio indirecta est illa in qua minor extremitas predicatur de maiori. Etiam est notandum q̄ omnis bonus syllogismus, debet esse in figura :et in modo. Figura est debita ordinatio terminorum in subiciendo et predicando. Figure syllogismorum sunt tres: et quelibet habet suos modos. Modus est debita ordinatio propositionum in quantitate et qualitate. In modis figurarum sunt iste vocales. a. e. i. o. A est vniuersalis affirmatiua: E est vniuirsalis negatiua. I est particularis affirmatiua. O est particularis negatiua. Unde versus. Asserit. A. negat. E. sunt vniuersaliter ambe. Asserit. I: negat. O: sed particulariter ambo. Conditiones generales ad omnes figuras sunt quinq̄. Prima quod in omni syllogismo aliqua premissarum sit vniuersalis. Secunda. qnod in omni syllogismo aliqua premissarum sit affirmatiua. Tertia. quod si aliqua premissarum sit particularis conclusio sit particularis sed non econuerso. Quarta. quod si conclusio est negartiua quod aliqua premissarum est negatiua :et econuerso: propter quod est notandum quod in sillogismo ex puris negatiuis z puris particularibus nihil sequitur. Quinta q̄ in nulla figura medium ponatur in conclusione.

De prima figura.

PRima figura est illa in qua terminus qui est subiectum in premissa maiori: est predicatum in minori: vt dicendo. omne bonum est verum: duratio est bona. ergo duratio est vera. et habet quatuor modos directe concludentes: et quinq̄ indirecie concludentes: quatuor primi sunt: qui significantur per istas dictiones. Barbara. Celarent. Darij. Ferio. Primus modus constat ex premissis. a. concludentibus a. vt sic omne bonum est durans :omnis magnitudo est bona. ergo omnis magnitudo est durans vel nullum animal est lapis omnis est animal ergo nullus homo est lapis ꝛc. Secundus modus fit ex maiori premissa a et minori e concludentibus: vt sic nullum malum est amabile omne vitium est malum: ergo nullū vitiū est amabile. Tertius modus fit ex maiori a. z minori i concludentibus i vt omnis potestas est intelligibilis: deus est potestas igitur deus est intelligibilis. vel omne animal est substantia oīs homo est animal ergo oīs hō est substātia Quartus modus fit ex maiori e et minori i concludentibus o vt nullum spirituale est visibile quidam angelus est spiritualis ergo quidam angelus non est vi

sibilis .Quinq; autem modi indirecte concludentes sunt qui significantur per istas dictiones.Baralipton.Celãtes.Dabitis.Fapesmo.Frisesomorum.Baralipton constat ex maiori a et minori a concludentibus i vt omne bonum est positiuum quicquid deus facit est bonum ergo positiuum facit deus.Celantes constat ex maiori e et minori a concludentibus e: vt nullum virtuosum est vitiosum omnis gloria est virtuosa: ergo nullum vitiosum est gloria. Dabitis constat ex maiori a et minori i: concludentibus :i: vt omne ens est intelligibile quoddam particulare est ens ergo quoddam intelligibile est particulare. Fapesmo constat ex maiori a ꝛ minori e concludentibus o.vt omnia noua placent nullum antiquum est nouum ergo quoddam placidum non est antiquum Frisesomorum constat ex maiori i et minori e condentibus o vt quidam homo est seruitor dei: nullus asinus est homo ergo quidam seruitor dei non est asinus ¶Cõditiones ꝑme figure sunt due. Prima ꝙ in ipsa concluditur omne genus propositionum scilicet vniuersalis affirmatiua et negatiua et particularis affirmatiua et negatiua.Secunda ꝙ medium sit in maiori subiectum et in minori predicatum.

De secũda figura.

Secunda figura est illa in qua terminus qui est predicatum in maiori est predicatum in minori vt dicendo nullum animal est planta omnis herba est planta ergo nulla herba est animal:et habet quatuor modos qui significantur per istas dictiones Cesare Camestres Festino Baroco. Primus modus fit ex maiori e et minori a concludentibus e vt in syllogismo predicto.Secundus modus fit ex maiori a et minori e concludentibus e vt omnis homo est animal :nullus lapis est animal/igitur nullus lapis est homo.Tertius modus fit ex maiori e et minori i concludentibus o vt sic. nulla virtus est odibilis :quoddam vitium est odibile:igitur quoddam vitium nõ est virtus.Quartus fit ex maiori a et minori o concludentibus o .vt sic:omne creatum est bonum.peccatum non est bonum :igitur peccatum non est creatũ.¶Cõditiones secunde figure sunt due.Prima quod medium in vtraq; sit predicatum :secunda ꝙ maior sit vniuersalis in quocunq; syllogismo.

De tertia figura.

Tertia figura est illa in qua terminus qui est subiectum i maiori est subiectũ in minori .ꝛ habet sex modos qui significantur per istas dictiones darapti felapton disamis datisi bocardo ferison.Primus modus constat ex premissis a concludentibus :i: vt omnis bonitas est magna omnis bonitas est durans ergo quoddam durans est magnum. Secundus modus fit ex maiori e et minori a.concludentibus o.vt sic:nullum bonum est vitiosum omne bonum est amabile igitur quoddam amabile non est vitiosum. Tertius modus fit ex maiori i.et minori a.concludentibus i.vt sic quedam bonitas est eternitas: omnis bonitas est magna: ergo quoddam magnum est eternitas. Quartus modus fit ex maiori a.et minori i.concludentibus i.vt sic omnis homo est rationalis quidam homo est cerdo :igitur quidam cerdo est rationalis.

Quintus fit ex maiori o.et minori a concludentibus o.vt quoddam sensibile non est mortale:omne sensibile est visibile igitur quoddam visibile non est mortale.Sextus fit ex maiori e.et minori i.concludentibus o.vt nullum intellectuale est coloratum quoddam intellectuale est anima ergo quedam anima non est colorata ꝛc.¶Conditiones tertie figure sunt tres.prima qꝫ medium in vtraqꝫ sit subiectum.secunda quod minor sit affirmatiua.tertia quod non concluditur nisi particulariter.¶Inductio est argumentatio in qua arguitur a singularibus sufficienter numeratis ad suam immediatam vniuersalem:vt Petrus est bonus:Joannes est bonus et sic de alijs:ergo omnis homo est bonus:et sic de alijs.¶Enthymema est argumentatio in qua arguit ab vna sola premissa ad cōclusionē vt omnis homo est animal:ergo Petrus est animal:et sic de alijs ¶Exemplū est argumentatio in qua arguitur ab vno particulari ad aliquid per aliud simile in eis repertum:vt sic Petrum seruire deo bonum est:igitur Martinum seruire deo bonum est.Similiter magnitudo est amabilis:igitur duratio est amabilis:tenet argumentum per hoc simile quod est bonum eo qꝫ omne bonum est amabile.

De locis.et prio de loco a maiori.

LOcus a maiori est argumentū qō fit de maiori ad min⁹:vt sic.de⁹ potest mundum creare:igitur potest ipsum conseruare:vel sic.rex potest habere.L.milites.ergo potest habere.L.et hoc affirmatiue:sed negatiue sic:rex non potest expugnare castra:ergo nec miles.similiter ignis non potest comburere lignuz:ergo nec aer ꝛc.et sic patet qualiter per istum locum potest homo arguere affirmatiue et negatiue:vt supra patet.Conditio huius loci est:quod magis et minus concordent in hoc in quo de vno ad aliud arguitur.Et propter hoc non sequitur.homo non potest facere poma:ergo nec pomarius ratio quare non valet.quia homo et pomarius non concordant in faciendo poma:nec per consequens homo est maior pomario:nec econuerso:in hoc quod est facere poma:et sic de alijs.

De loco ab equali.

LOcus ab equali est argumentum quod fit de equali ad equale:vt homo est compositus ex anima et corpore ergo sensualis creatura ꝛ intellectualis est composita ex anima ꝛ corpore:similiter dicendo risibile est bonū:ergo homo est bon⁹ ꝛc.vel sic diuina bonitas est infinita sine quātitate:ergo diuina potestas est infinita sine quātitate ꝛc.¶Cōditio huius loci est:qꝫ res equales cōcordāt in hoc in quo de vno ad aliud arguitur.ꝛ ꝓpter hoc nō sequit:Raymūdus est medicus:ergo ioannes est medicus:qz pōt esse cerdo:ꝛ sic de alijs.

De loco a minori.

LOcus a minori est argumentum quod fit de minori ad maius;vt sic miles potest habere equum:ergo rex potest habere equum homo non potest ferre decem quintalia:ergo non potest ferre.xx.Aer potest calefacere:ergo ꝛ ignis:ita quod iste locus procedit affirmatiue et negatiue;sicut di-

tum est de loco a maiori. Conditio huius loci est quod minus ꝛ maius concor-
dent in hoc de quo vno ad aliud arguitur: et propter hoc non sequitur: aqui-
la potest volare igitur homo potest volare: quoniam homo ꝛ aquila non con-
cordant in volare vel sic pomarius potest facere poma ergo homo potest facere
De cōsequē- poma non valet ex eo quia non cōcordant in hoc quod est facere poma. Et sic de
tijs. alijs.

¶ Principia consequentie sunt ātecedēs et consequens et nota consequentie. antecedēs est illud quod ponit in necessita-
te hoc quod per ipsum sequitur. Consequens est illud quod ne-
cessitatem ante se ostendit. Nota consequentie dicitur illa con-
iunctio mediante qua propositio que est antecedens: et illa que
est consequēs coniunguntur: sicut sunt igitur. ergo et similia. ¶ Consequentia est
quedam ratiocinatio in qua est antecedens et consequens cum nota consequen-
tie: vt dicendo bonitas est igitur duratio est: similiter bonitas est magna: igi-
tur bonitas est durans: similiter homo est igitur corpus et anima sunt. simili-
ter angelus est: ergo intellectuale est ꝛc. Et de predicta consequentia dantur re-
gule speciales quarum prima est: quod ex veris non sequitur nisi verum: ex fal-
sis vero aliquando verum et falsum. exemplum: vt homo est asinus. ergo est ani-
mal: qō est verū et nō habet animā rationalē quod est falsum. Itēq; quid sequi
tur ad consequēs bone cōsequētie sequitur ꝛ ad antecedens: et quicquid antece
dit ad antecedens antecedit ad consequens: et quicquid repugnat cōsequēti re
pugnat antecedenti. Preterea ab vniuersali ad suā particularem vel indefinitā
sibi subalternam est bona consequentia et non econtrario nisi in materia natu-
rali vel remota: et a particulari ad suam indefinitam ꝛ econuerso est bona con-
sequentia: et generaliter a diffinitione ad diffinitum a descriptione ad descri-
ptum ab interpretatione ad interpretatum: ab vno synonymo ad aliud syno-
nymum ab effectu formali ad suam causam formalē et ab vno correlatiuorū ad
reliquum.

De fallacijs. ¶ Paralogismus est argumentum indicans esse verum quod falsum et econ
uerso: et ideo dicitur paralogismus quasi apparens syllogismus
Paralogismus fit duobus modis: vno modo in dictione: alio
modo extra dictionem. Paralogismus in dictione fit sex modis
secundum ꝙ fallacie in dictione sunt sex scilicet equiuocatio. amphybologia
compositio. diuisio. accentus. figure dictionis: et dicuntur in dictione ex eo
quia in dictione et per dictionē fit deceptio vt patebit inferius. ¶ Fallacia equi
uocationis est deceptio proueniens ex eo ꝙ aliqua dictio plura diuersimode si-
gnificat: sicut hec dictio canis significat canem latrabilem et quendam pisce
marinū: et quoddam signuz celi. ¶ Fallacia amphibologie est deceptio proue
niens ex eo quod oratio penitus eadem plura significat: sicut hec oratio li-
ber magistri: habet duos sensus: vnus est: liber magistri: et factus a magistro.

alius est liber magistri/et possessus a magistro. ¶Fallacia compositiõis est. deceptio proueniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis: cuius dictiones adinuicem componi possunt: et in sensu composito sunt false: et in sensu diuiso sunt vere: sicut hec oratio quicquid viuit semper est: hec dictio semper si ponatur cum hoc verbo viuit sic est vera: si autem ponitur cum hoc verbo est: sic est falsa. similiter de ista. Quicqd existit vbicꝫ est ꝛc. ¶Fallacia diuisionis est deceptio proueniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis cuius dictiões adinuicem diuidi possunt: ꝛ in sensu diuiso est falsa: in composito aũt vera: sicut hec oõ: Oĩs creatura est sensualis vel intellectualis: põt habere duos sensus: vnꝰ est ꝙ oĩs creatura sit sensualis: vel ꝙ oĩs creatura sit itellectualis: et sic est falsa: vt põt esse iste sensus: oĩs creatura ẽ sensualis vel itellectualis simul: ꝛ sic est vera. ¶Fallacia accẽtꝰ: est deceptio ꝓueniẽs ex eo ꝙ aliq̃ dictio ꝓnũciata diuersimode diuersa significat: sicut hec dictio occidit qñ in penultima syllaba est lõga significat interficere: sed qñ in penultima syllaba est brevis tunc significat cadere. ¶Fallacia figure dictionis est deceptio que fit ex eo ꝙ aliqua dictio est similis alteri dictioni: ꝛ videtur eundem modũ significandi habere sed tamẽ non habet: vt sic. omnis aqua est frigida: mare est aqua: igitur est frigida. ¶Fallacie extra dictionem sunt septem scilicet accidẽtis secundum quid ꝛ simpliciter ignorantia elenchi: petitio principij. consequens. non cause vt causa. plures interrogationes vt vna. Et dicuntur extra dictionem: quia fit fallacia de sophisticis propositionibus: et causa apparens sumitur ex parte rei. Et in hoc differunt a fallacijs in dictione in quibus causa apparens sumitur ex parte vocis. ¶Fallacia accidentis est deceptio que fit ex eo quod aliquid significatur simpliciter inesse vtriꝫ eorum que aliqualiter vnum sunt vt sic. homo est animal: et aial est neutrũ: ergo homo est neutrũ. non valet: quoniam homo et animal non sunt idem simpliciter. ¶Fallacia secundum quid et simpliciter est deceptio que fit ex eo quod dictum secundum quid sumitur tanq̃ si esset simpliciter. vt sic. Adam est homo mortuus: ergo est homo: non valet quia arguitur a dictione secundum quid ad dictionez simpliciter. ¶Fallacia ignorantie elenchi est deceptio que fit ex eo quod non seruantur ea que requiruntur ad diffinitionez cõtradictionis: vt sic: homo est in ecclesia: ꝛ non est in mari: ergo est ꝛ non est. ¶Fallacia petitionis principij est deceptio que fit ex eo quod idem sumitur ad probationem suijpsius sub alio vocabulo: vt si quis velit probare quod homo legat: probet sic. animal rationale mortale legit: ergo homo legit. ¶Fallacia consequẽtis est deceptio que fit ex eo quod consequens existimatur omnino idẽ esse antecedenti: vt si est homo est animal: ergo si est animal est homo: non valet. ¶Fallacia non cause vt causa est deceptio que fit ex eo quod inter premissas ex quibus sequitur conclusio ponitur aliqua propositio q̃ nihil facit ad cõclusionem et propter hoc dicitur non causa. ¶Fallacia secundum plures interrogationes vt vnam: est deceptio que fit ex eo ꝙ ad interrogationem que est plures datur vna responsio: velut si queratur: mel et fel sunt dulcia: si respondeatur non: ergo mel non est dulce. si respondeatur sic: concludatur ergo fel est dulce ꝛc. Quia ad interrogationes plures debes dare varias responsiones.

De diſputatione.



Diſputatio eſt contrarietas ſpiritualis que per verbum manifeſtat conceptionez quã habet vnus intellectus contra aliũ. Diſputans eñ primo debet habere intentionem cognoſcendi ꝛ amandi veritatem et cognoſcendi ꝛ odiendi falſitatem. ꝛ propter hoc verus diſputator debet concedere vera cognita: ꝛ falſa negare. Secundo quod ſupponatur in principio ꝙ vtracꝫ pars queſtionis ſit poſſibilis. ſ. affirmatiua et negatiua: vt intellectus in inueſtigatione ſit liber et non ligatus. Tertio ꝙ arguens probet vel improbet per aliquam ſpeciem argumentationis fundãdo argumentum ſuper aliquam ſpeciem demonſtrationis. Quarto ꝙ inter diſputantes ſit communis amicitia: vt infrenetur particularis contrarietas quã habent circa hoc de quo diſputant.

De inueſtigatiõe mediꝰ inter ſubiectũ ꝛ predicatũ.



Medium exiſtens inter ſubiectum ꝛ predicatũ intendimus venari duobus modis. Primo modo medium naturale: et ſecundo modo medium logicale: et hoc facimus vt cognoſcamus verum mediũ reale ꝛ etiam naturale: ꝛ per conſequens neceſſarium ſyllogiſmum: ac etiam vt per medium probatiuum et opinatiuum cognoſcamus ſyllogiſmum dialeticum ſiue logicalem et intentionalem. ¶ Ad venandum medium naturale facimus ſyllogiſmos quatuordecim. Primus ſit ſic: ponatur ꝙ. a. b. c. ſint vna ſubſtantia ab omni accidente denudata: poſtea fiat ſillogiſmus ſic: omne. b. eſt. a. omne. c. eſt. b: ergo omne. c. eſt. a. iſte ſyllogiſmus eſt demoſtratiuus. verus. et neceſſarius: et non poteſt impugnari: et ratio huius eſt: qꝛ medium eſt ſubſtantiale naturale ꝛ reale: et ad hoc nullũ accidens poteſt contradicere: quia. a. b. c. ab omni accidente ſunt remota. ¶ Secundus ſyllogiſmus ſit ſic: omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Iſte ſyllogiſmus non videtur eſſe neceſſarius eo quod medium non eſt ſimpliciter naturale: cum ſubſtantia ſit ſuperius animal inferius: et animal ſuperius ꝛ homo inferius: et iccirco remouere hoc per quod ſubſtantia eſt ſuperius et aſcendere hoc per quod animal ꝛ homo ſunt inferius vt termini ſint equales neceſſitat ſyllogiſmum: et hoc ſic omne animal rationale eſt ſubſtantia rationalis: ſed omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt ſubſtantia rationalis: et ſic iſte ſyllogiſmus eſt neceſſitatus propter coequationem terminorum: quia per hoc ipſum medium eſt naturale. ¶ Tertius ſyllogiſmus ſic fit facta hypotheſi quod omnis bonitas ſubſtantialis ſit ratio bono quod producat bonuꝫ ſubſtantia'e: et poſito quod bonus et bonitas ſubſtantialis ſint idem neceſſitatus eſt bonus quod producat bonum ſubſtantiale: iccirco ſyllogizo ſic omnis bonitas ſubſtantialis eſt ratio bono quod producat bonum ſubſtantiale: ſed. a. eſt bonitas ſubſtantialis: ergo. a. producit bonum ſubſtantiale: et ſic neceſſitatus eſt ſyllogiſſmus per hoc quod medium eſt ſubſtantiale in quo ſubiectum et predicatum eſſentialiter conuertuntur. ¶ Quartus ſit ſic. omnis bonitas infinita eſt ratio bono infinito quod producat bonum infinitum: ſed. a. eſt bonitas infinita: ergo. a. eſt

ratio bono infinito ꝙ producat bonum infinitum: et quia bonum infinitum est medium: necessitatus est syllogismus rõne cuius est demonstratiu⁹ ⁊ realis.

¶Quintus est talis. omnis bonitas infinita et eterna est ratio bono infinito et eterno quod producat bonum infinitum et eternum: sed. a est huiusmodi: igitur. a. producit bonam infinitum et eteruum: maiorem et minorem non oportet probare quia necessario sequitur quare inuentum est medium.

¶Sextus est talis omnis potestas infinita habet actum infinitum: sed. a. est huiusmodi: ergo. a. habet actum infinitum.

¶Septimus talis. omnis intellectus existens idem per essentiam cum potestate potest existere et agere: sed. a. est huiusmodi ergo ⁊c. Unde sequitur medium naturale rationale et reale inter agens agibile. et agere: et per consequẽs distinctio: alioquĩ agens ageret seipsum. ⁊ sic de agibili et agere: et intellectus non posset intelligere quod est intelligibile: et quia omnia ista sunt impossibilia per talem impossibilitatem inuenimus medium quod querimus.

¶Octauus erit iste: ponatur quod intellectus et voluntas sint idem per essentiam. iccirco arguo sic: in omni essentia in qua intellectus et voluntas sunt idez necessariũ est quod intelligibile et volibile sint idẽ. ac etiaz intelligere et velle: sed in a. sunt idem. ergo ⁊c. et sic inuenitur medium quod querimus.

¶Et syllogismo in quo omnes termini sunt substantiales. Primo sic. omnis potestas infinita et eterna potest existere et agere infinite ⁊ eterne: sed. a. est huiusmodi ergo ⁊c. Iste syllogismus est necessarius eo ꝙ omnes eius termini sunt substantiales: et non multiplicant plures essentias: vnde sequitur inuentio medij quod querimus. De ser spẽs medij supradicti.

¶Secundus est iste. Nullus color est quantitas: rubedo est color: ergo rubedo non est quantitas. Iste syllogismus non est necessarius eo ꝙ accidens non est per se necessarium: sed per substantiam ideo non inuenitur per ipsum medium naturale quod querimus sed intentionale.

¶Tertius est quando premisse sunt substantiales et medium accidentale et hoc sic. omne musicum est homo: omne musicum est animal: ergo quoddam animal est homo. Iste syllogismus non est necessarius eo quod medium non participat cum extremis in natura substantiali et sic non inuenitur per ipsum medium substantiale.

¶Quartus est quando premisse sunt accidentales et medium substantiale: et hoc sic. nullus cornus est albus: quoddam nigrum est cornus: ergo quoddam nigrum non est album. Iste syllogismus non est necessarius eo ꝙ medium est cõpositum ex substantia ⁊ accidente ratione participationis premissarum.

¶Quintus est quando maior est substantialis: et medium et minor accidentales et hoc sic. omnis musicus est homo: omnis musicus est sciens: ergo quidam sciens est homo. Iste syllogismus non est necessarius eo ꝙ subiectum et predicatum participãt per diuersas naturas.

¶Sextus est quando maior est accidentalis: et medium et minor substantiales et hoc sic. quidam homo est albus: omnis homo est animal: ergo quoddam animal est album. Iste syllogismus non est demonstrativus eo ꝙ subiectū et predicatum claudicant per prius ⁊ posterius.

De venatione medij intētionalis

PRimus syllogism⁹ est talis. Bonitas est ens rōne cui⁹ bonus agit bonū: sz mō ponat ꝙ a. sit bonitas: ergo a. erit rō quare bon⁹ agit bonū. Iste syllogism⁹ est dialetic⁹ siue ꝓbatiu⁹ ⁊ rō hui⁹ est qz ei⁹ mediū est ideterminatū: qm̄ aliqs bon⁹ agit bonū de sua essentia sicut agens naturale qō agit bonū de sua bonitate vt pf̄ filiū ⁊ granū frumenti spicā Et est ali⁹ bon⁹ q agit bonū sz nō de sua essentia sicut artifex q facit bonā arcā de ligno. ¶Scōs syllogism⁹ ē talis. Magnitudo est bona ⁊ iō arguo sic: ois magnitudo bona est rō magno ꝙ agat magnū bonū. sz a. est hmōi: ergo a agit magnū bonū. Iste syllogism⁹ est dialeticus ⁊ ꝓbatiuus sz nō necessari⁹. rō hui⁹ est qz sola bonitas substātialis é rō bono ꝙ ꝓducat bonū: nō bonitas accitalis eo ꝙ p accidēs est: de qua bonitate magnitudo est habituata p accidens. Habitus vero nō ꝓducit sed habituat⁹ cū habitu ꝓducit: sicut albedo que non albificat sed albū albificat p albedinē. ¶Terti⁹ syllogism⁹ est sic: duratio p ptātē potest existere ⁊ agere: potestas p durationē pōt durare ⁊ iccirco arguo sic. ois duratio pōt existere ⁊ agere p potestatem: sz a. est duratio: ergo a. p ꝫt existere ⁊ agere. Iste syllogismus nō est demōstrativus. eo ꝙ cōpositus est ex substātia ⁊ accidente: Rō huius est in hoc ꝙ duratio p se non potest existere ⁊ agere: necꝫ per consequēs a. patet ergo ꝙ iste syllogismus est dialeticus in quo consistit medium intentionale. ¶Quartus syllogismus est sic: ponatur ꝙ intellectus ⁊ volūtas nō sint idem per essentiam que potentia vera est in creatis et tunc arguo sic. quicqd est dilectū est dilectū per volūtatē: et quicquid est intellectū est intelectū per intellectum: sed a. est dilectum ⁊ intellectum: ergo a. est dilectum per voluntatem ⁊ est intellectum per intellectum. Iste syllogismus est probatiuus sed non demonstratius atcꝫ necessarius: et ratio huius est: quia voluntas nō est necessitata ad diligendum intellectum. Necꝫ intellectus ad intelligendum voluntatem. quoniam quelibet istarum potentiarum est libera quo ad suam naturam et ad habendum suum proprium appetitum ad suum proprium finem hoc est ad suum proprium obiectum. sicut voluntas ad volendum et intellectus ad intelligendum. Veruntamen si iste essentie essent vna essentia et non plures voluntas esset necessitata ad diligendum intellectum et intellectus ad intelligendum voluntatem: et sic syllogismus esset demonstratiuus.

¶Predictas sex species medij non oportet repetere ad venandum medium intentionale quia de ipso iam certificati sumus in ipso capitulo per ea que dicta sunt de venatione medij existente inter subiectum et predicatum: quia intellect⁹ logicalis et naturalis est valde altus ad inueniendum media naturalia ⁊ intentionalia et differētias eorum et potest sibi cauere a fallacijs ⁊ sophismatibus.

¶Finis cum gratia dei tractatus de Venatione medij. ac totius logices.

Dictorium oratoris est: apte / distincte / et ornate / ex tempore posse dicere de qua cunq; re sibi proposita: et presertim de rebus que pertinet ad rei pub. vtilitatem ciuilem: et ad causas et (scom doctorem nostrum in sua rhetorica) tota ars dicendi diuiditur in principia questiones. subiecta. et applicationem. et sic est ars vniuersalis versabilis circa omnia: vt vult Aristoteles primo rhetoricorum. idem Cicero in primo ad Herennium vbi dicit oratorem versari circa tria genera causarum: demonstratiuum. deliberatiuum et iudiciale. et ad omnia illa genera causarum habet se tanq; materia / principia artis. questiones / et subiecta. ¶ Oratoris instrumenta sunt inuentio rerum: que causam probabilem reddunt: hinc siluam verborum et rerum debemus nobis comparare. ¶ Dispositio est ordo rerum vt vnumquodq; suo loco ponatur: et hoc est precipuum oratoris. ¶ Elocutio est accommodatio verborum idonea / memoria quam duo firmat: vt Aristoteles ait: scz positio sub ordine: et frequens meditatio: est etiam instrumentum oratoris pronunciatio: que inest pm naturam diuersimode vt voce / vultu / gestu / cultu / et habitu. Partes orationis sunt quinq;: exordium quod est principium orationis: quo animus auditoris paratur ad audiendum: et exordij est facere homines attentos. dociles. et benivolos / si causa tamen fuerit honesta: licet tamen vti vel non vti exordio (ex Ciceronis precepto) sed possumus incipere ab aliqua autoritate: et vbi res est humilis: oportet eo magis laborare ad captandam benivolentiam: eo luculenti magora polliceri: vt aucupentur animi auditorum ad docilitatem / et attentionem. Docilitas aut comparatur si summati enumeramus: et diuidimus orationem / et materiam orationis. Narratio debet esse lucida / verisimilis / et brevis. Narrationes sunt diuerse: nam quedam sunt comparatiue / alie naturales / alie principales / alie extrinsece / alie exemplares. Propositio oportet q; sit principaliuz simplex / nuda / summata / et fit per expositionem / vel enumerationem partium orationis. ¶ Argumentatio confirmat / reprehendit. Conclusio debet efficaciores locos orationis repetere: et breviter sub quodaz epilogo omnia revocare: q; prius dicta sunt: ita vt principium revocetur ad finem: et finis ad principium: et sic est finis. Species enim sermonum sunt septem: vz adhortatiua / dehortatiua / laudatiua / vituperatiua / accusatiua / defensiua / et exquisitiua. ¶ His aut sic rimatis: presuppositis / nunc ad practicam artis in rhetorica deueniamus: et pmo in genere demostratiuo quo ad principia huius artis: nam in genere demonstratiuo finis est laus vel vituperium: et vbi de oibus rebus dicere volumus: vt Horgianam illam oratoriam sectari patet nobis campus latissimus in genere demostratiuo / laus vero et vituperiuz tribus rebus comparantur: vcz ex rebus animi corporis / et extraneis / est enim bonitas animi / vsus mentis. acuties ingenij. memorie &c. bonitas corporis est pulchritudo / sanitas / mundicies &c. bonitas externa / diuitiarum / quas per essentiam bonas dicimus: quecunq; sunt animi habet potiorem laudationem et vituperationem q; omnia ea que sunt corporis aut externa laudantur et vituperantur per respectum ad res animi: vituperamus

Rhetorica pars tertia.

De genere demostratio p principia artis.

ergo per ꝯtraria bonitati: vt sunt abusus ingenij: deformitas et paupertas/que mala dicimus: q̄ nihil a deo malū/quod non laudari certo modo possit: et ecōtra de bono. ¶ Magnitudo animi ē magnanimitas/pusillanimitas/et audacia. Corporis ē proceritas/ꝛ crassitudo ꝛc. Externa ē latifundia: et magna ipe ria possidere: et possumus etiam per illarum contraria aliquem laudare vel vituperare: cum oppositoꝝ eadem sit disciplina: vt si quis laudeꝫ corpore parnus et corpore robustior. ¶ Duratio animi ē cōstātia: vt durare et vosmet seruare rebus secundis. duratio corporis est vite longeuitas/et interim multis profuisse. ¶ Duratio externa est nobilitas que est antiquę diuitie: ideo per illa/aut eorū cōtraria laudamus: aut vituperam⁹. ¶ Potestas animi est libertas arbitrij: hic Cicero. libertas est potestas viuēdi vt velis: corporis est continenter viuere: externa vero imperio vti bene: aut tyrānide. ¶ Sapiētia animi est mediocritatē tenere. ¶ Corporis: est recte dirigere suos motus. Externa q̄ facit hominē esse frugi vꝫ vt secuꝫ expendat: et sensus suos: et quātū habet: hac cognitione careret prodigus: et eam nimis habet auarus. ¶ Voluntas animi est desideriū boni in lege domini: corporis est libido/et corruptus quidam animi affectus. Externa est obediētia aut morigeratio. ¶ Virtus animi est fortitudo p̄cipua/ꝛ inde virtutes. Corporis est robur. vires. Externa sunt copie: classes/ꝛ exercit⁹. Veritas animi est adequatio rei intellecte ad intellectum. Corporis est naturalis et simplex nō fucata dispositio corporū. Moyses concessit mulieribus fucum. Externa est operatiōis/cui contraria est hypocrisis: vt Mathei. xxiij. similes estis sepulchris dealbatis. ¶ Gloria animi est trāquillitas mentis: huic cōtrarie sunt perturbationes/et furie Corporis est requies corporis/non ignauia: sed qualem consequūtur virtuosi: vt doctores/ꝛ milites emeriti. Externa est fama qualē Liuius assecutus est. ¶ De respectiuis in genere demonstratiuo: ꝛ est genus huberrimū ad dicendum: presertim ad laudandum: vbi enim confertur pulchrum pulchro: et ostenditur vnū pulchrius altero. vnde Aristoteles in primo rethō. exēplū est vt pars ad partem/et simile ad simile/quando vtraqꝫ sub eodem genere sunt: sed vnum magis per spicuum: comparando ita res adinuicem duplicatur semper oꝛo. ¶ Differentia animi inter homines est multiplex: nam quot homines tot sensus. Corporis/est ex harmonia cōpositionis. Externa/et sic dicimus de rebus comparando eas per diuitias: nomine: fama/aut gloria: et sic per differentiam possum⁹ laudare/aut vituperare: et p cōcordātiā/et similitudinē: aut p ꝺissimilitudinē. ¶ Principiū animi ē idoles bōa vl̄ mala. Corporꝫ parētes: alimētū/nutrices/ripa educatio. ¶ Principiū externaꝝ rerū: sicut dicim⁹ de Romulo q principium effectiuū Rome fuit: et sic de principijs boni aut mali: vt aliquis diues/vnde sumpserint eius diuitie principium: aut ab hereditate/ aut industria studioꝛc. Mediū animi sunt preceptores boni vel mali. Aristoteles Alexandro fuit medium ad tantas virtutes assequendas. Corporis sicut iglunies est medium quo deuenitur ad crassitudinem: ieiunium/ad gracilitatem: exercitium ad agilitatē. Externaꝝ in/et sic dicimus pecunias esse medium/per quod deuenitur ad magistratus et honoꝛes. ¶ Finis animi/an cōputatus inter fetōs: an desperauerit: Corporis an dign⁹ sepultura: an rota/vel laqueo perijt: Externoꝝ

De genere demonstratiuo ꝓncipia respectiua.

an bona ludo amiserit: an gen⁹ finē in eo habuerit: ⁊ Maiorit as/equalitas/⁊ minoritas animi inter virtutes/scias/et ingenia. Corporis/inter pulchritudinem robora/⁊ vires. Externorū inter diuitias/nobilitates/fauores ⁊c. ¶ De questionibus. Questiones accōmodantur generi iudiciali. ¶ Genus autē iudiciale est (vt Ciceroni placet) quod in controuersia positū est. Cuius constitutiones tres sunt: vc̄z cōiecturalis/legitima/et iurisditionalis. Applicatur questio vtruz vel an prime quid est: et de quo est scōe: et quare finaliter tertie. Alie questiones accidētales applicantur magis ad iudiciale in constitutione cōiecturali: vt factum est furtū. Quantū/de hospite crasso et suspecto ꝙ iuerit per fenestrā. Quale/de occiso veneno/liuor i corde. Ubi vc̄z cōsiderar̄ dignitas/visceritas/āplitudo loci. Quando considerar̄ tēpora/etates/partes anni/dies. Quomodo ⁊ cū quo discurrim⁹. Per instrumentatiuz an ferro. veneno ⁊c. Et nota ꝙ ex omnibus subiectis possunt sumi confirmationes et confutationes tripliciter: vc̄z auctētice/ similitudinarie/et exemplariter: et ideo dicemus de confirmationibus et confutationibus principaliter: quia vigor et omne fundamentum et totus succus orationis consistit in illis. Autentice sumuntur igitur ex deo/angelo/homine/vbi citamus locos quos aliquis horum dixerit: vt deus in sacra scriptura: ⁊ angelus iuxta illud Hermetis. Audini horum demonem dicentem mihi ⁊c. ⁊ hominum etiam autoritas canonum/aut legum. Similitudinarie possumus etiam capere ab omnibus subiectis: vt de instrumento a naui/ lyra: ab arcu ad animam/ab organo: ab ymaginatiuo/ab irundinibus tempore veris: ad falsos amicos de amicitia: a vegetatiuo: vt homines similes seminibus que cecidernunt sup petrā. Ab elementatiuo/vt terram dicimus nobis ostendere exercitiū gratitudinis. a cele: vt fiuat animo: velut solis radius in aqua. Oportet autem similitudines esse non difficiles: non obscenas/ non alienas et impertinentes: sed accommodatas ad nostrum propositu. Exemplares sumimus ex his vnde deducimus exempla formice/leonis/terre alicuius sancti: tū principaliter sumūtur exempla a tribus predictis subiectis/a quibus capimus autoritates: vc̄z a deo/angelo et homine: et exemplorum copia sumitur ex historijs maxime sacris: et omnia que hucusq̄ dicta sunt de psonis possunt similiter applicari ad omnes res mundi/ ad omnia subiecta modo et ratione seruatis: dūmodo illud fiat comode: et sic laudamus canē a fidelitate: asinū a stoliditate: elephantē a docilitate: pellicanum a solitudine: apes ab vtilitate: leonem a magnanimitate: leporem a timiditate: pstacum a pulchritudine: simeam ab imitatione: tigrim a pernicitate. Inesse videtur etiam sensus floribus qui sequuntur solem ⁊ sic possumus laudare aut vituperare res animatas et inanimatas: suo modo omnia q̄ huc vsq̄ de genere demōstratiuo alio respectu ⁊ fine applicari possunt ad gen⁹ deliberatiuū ⁊ iudiciale. Ad deliberatiū cōsiderar̄ terra: vt cū dicim⁹ de finib⁹ regnorū/⁊ imperiorū. aqua vt scōz accessuz ⁊ recessum maris/aer vt cū eligitur in prelio ventus: a tergo ignis: vt cum deliberatur an castra hostium nocturno tpe inuadi debeant/aut diurno. ¶ In iudiciali autē genere cōsiderar̄ terra: vt de agris diuidēdis de terremotu/aqua vt de aqua pluuiali arcēda ⁊c. aer vt de molendinis/vento mobilib⁹. Ignis vt de incendio ⁊c. Predicamēta etiā

De questionib⁹ q̄ generi iudiciali accōmodantur.

De triplicicō firmatione sequēdo subiecta artis.

De his q̄ cōsyderant i genere ōliberatio

Nota de applicatione predicamentoꝝ accidentaliū ad tria supradicta genera.

applicari possunt ad predicta tria genera causarum: vt. Quantitas/cum laudamus Platonē ab humeris latis ⁊ a pectore magnis. Qualitas/vt cuꝫ laudamus eius sapientiam. Ad aliquid/vt cum laudamus preceptorem ⁊ eius discipulos. Actio vt cū recensemus eius opera ⁊ res gestas. Passio vt cū laudamus eum a patientia ⁊ laborum tolerantia. Situs/vt cum laudamus eū a simētria membrorū. Habit⁹ notatur in vestib⁹ eius: vt in pallio Diogenis. Vbi/vt i cōsideratiōe patrie peregrinationum in siciliam ⁊c. Quādo/quo tempore claruit: qua mundi etate: quid noui tunc accidit. plura exempla collige ex byblia: vt de Golia. j. regum. xviij. et de sancto Joāne baptista: cui erat vestis de pilis camelorum: et zona pellicea circa eius lumbos: et sic per alia genera. hec omnia Aristoteles locos appellat et Licero dicens/latius enim de genere q̄ de pte disceptare licet. et quod in vniuerso sit probatum: id in parte probari sit necesse. precipuuꝫ oratoris est scire omnia suis locis locare: idcirco videndum est de orationis cōpositione: est enim elegantia (ad mentem Francisci nigri) venusta verborum cōcinnitas dulcem auribus sonū afferens: cuius generales regule dantur trigita.

De regulis elegantiarū.

¶ Prima regula est q̄ illa oratio que obliqua dicit̄: et a posterioribus incipiēs dictionibus in verbum sepius q̄ in aliam orationis partez finiat: vt summis viribus imperij monarchiaz Cesar adeptus est. ¶ Secūda regula: cōmendabit quoq; oratio que dictionem habeat vniuersalē affirmatiuam/vel negatiuam in fine: vel aliquod insigne nomen vel aduerbium. exemplum primi. que vir bonus facit laudant omnes. exēplum secūdi: quē te magis diligam habeo neminē. exēplum tertij. que ad me scribis sunt egregia. exemplum quarti. que mihi iussisti p feci omnia diligenter. ¶ Tertia regula. Nomē adiectiuū elegantiꝰ substantiuo preponitur: vt summa virtus: magnū imperium: vtile consilium et huiusmodi ¶ Quarta regula. Inter adiectiuū et substātiuū semp aliquid est interponēdū vt maxima Cesaris vitus summa semper laude extollenda est. ¶ Quita regula. Quotiescūq; ab oppositio alicuius verbi secūdarij oratio incipit: quod subito relatiuum sequatur: elegantius' inter relatiuum et antecedens secundarium verbum ponitur: vt Cneū Pompeiū summopere diligo: qui rhomanum imperiū aurit. ¶ Sexta regula. Si fuerit relatiuum in obliquo casū positus/venusti⁹ antecedens in relatiui casu positum postponetur: vt quibus virtutibus ab ineū te etate studuisti mortalitati nomen tuū comēdabunt. ¶ Septima regula. Qñ est aliquod substantiuum cū prepositione aliqua iunctum/qō sit de natura precedentis vel subsequentis: clausule prepositionem in relatiuum vertimus: ⁊ verbum substantiuum adiungimus: vt que tua humanitas est multa in me beneficia contuliſti. ¶ Octaua regula. Sepius relatiuum quod verbo primario additum est ad secundarium transferimus: vt Licero eloquētissimus fuit: qui ceteris oratoribus in dicēdo prestitit. ¶ Nona regula. Si aliquod habuerimus vel nomen/vel aduerbium insigne elegantius illud cum quidem vel idem pnomine postponemus. exemplū primi. Marcus Tullius orator fuit et quidez singularis. exemplum scōi. que mihi iussisti omnia perfeci et equidem libenter. ¶ Decima regula. Sicut in mediocri stylo dicendi a re nuda pri⁹ incipere oportet: vel de illam exornare: sic in stylo graui ab exornatu incipere debemus. exēplum pri-

mi. Pōpeius oim romanorum tum armis/tum consilio facile princeps fuit. exē plum sēcundi. olim omanorum tum armis/tum consilio facile princeps magn⁹ Pompeius fuit. ¶ Undecima regula. genitiuus casus semper ceteris preponit vt optimi viri consilium. ¶ Duodecima regula. si gerundium verbum habueri mus cum suo apposito: illud in gerūdij casu ponemus: ac ambo inuicem con cordabim⁹: vt veni a māde virtutis gr̄a. ¶ Deciatertia regula. si fuerit aliqō rela tiuum inter duo substantiua: illud potius cum sequenti/ q̄ cum precedenti con cordamus. ¶ Decima quarta. si dictionis alicuius significationem augere volu mus: positiuo p/aut per q̄: cōparatiuo longe vel multo: superlatiuo autem q̄ p valde iūgere debemus. Exēplū omniū/vt p beatus: vel pq̄ beatus fuit Cesar: sed longe beatior. Augustus: q̄ beatissimus autem traianus. ¶ Decima quinta re gula. Nomina tertie declinationis greca si perito syllaba fuerint: ad secūdam de clinationem referuntur vt delphin delphinus. ¶ Decima sexta. Si aliquod ad iectiuum habuerimus significās laudem/vel vituperium/vtile/vel inutile/illud potius in datiuum substātiui vertemus cū sum/es/est: vt virtutes sunt mihi io cunditati. ¶ Decima septima regula. In rebus paribus tuz vel ꝛ geminatū po nimus. in iparibus vero cū et tum: sed leuius preponitur: exemplum primi. Ci cero tum laude rerum scientia valet: vel Eneas et fortis et pi⁹ fuit. exemplū secun di. Cesarem plurimum valuisse cum populus/tum senatus affirmat. ¶ Decima octaua regula. Si aliquam personam aut laudare aut vituperare volumus: id trifariam facere poterimus: aut cū genitiuo/quod magis poeticū est: vt Marcus Catho vir est magne virtutis: aut cū nominatiuo et ablatiuo: vt Marcus Catho vir est magnus virtute: aut cū ablatiuo solo: vt Marcus Catho vir est magna virtute. ¶ Decima nona regula. Sepenumero verbum infinitiuum ver timus in participiū tā ablatiui/q̄ accusatiui casus: si verbū aliqō precedat. exem pluz primi. vt mihi opus est consulto. exemplum secundi. bonam tibi fortunam inuentam curabo. ¶ Vigesima regula. cum adiectiuum ꝛ substantiuum in eodē casu posita acciderint: substantiuuz in genitiuo casu ponamus: adiectiuum ve ro in eo casu in quo poni debet: sed in numero singulari ꝛ genere neutro locabi mus: vt multum pecunie/ parum sapientie / aliquid literarum. ¶ Vigesima prima regula. cum duobus substantiuis idem adiectiuum asciscī debeat: adiectiuū in principio orationis collocamus: ꝛ substantiua cum ꝛ/vel tum gemina to postponimus: vt Cesar fuit magnus ꝛ vir/ꝛ imperator. ¶ Vigesima secun da regula. cum adiectiuum ꝛ substantiuum simul fuerint: quorum substantiuuz ab adiectiuo formatum fuerit diuerse significationis a primo substantiuo: in duo sunt potius substantiua transferenda: vt cauendum ē ab honestate natura q̄ discedamus. ¶ Vigesima tertia regula. cum gerundium accusatiue vocis ha buerimus: potius illud in supinum ablatiue vocis transferamus: vt homo est mirabile visu. ¶ Vigesima quarta regula. si aliquod superlatiuum durius acci derit: pro eo positiuum ponemus: ac ei aduerbium superlatiuum adīciemus vt maxime necessarius. ¶ Vigesima quinta regula. si aliquem maximopere laudare/vel vituperare voluerimus: laudationis ꝛ vituperationis causaz in ge nitiuo constituemus: vt Marcus Antonius plurimū eloquētie valuit. ¶ Vi

gesima sexta regula. qñ noia singularis vel pluralis et singularis adinuicē cōne ctuntur / vicinioꝛi respondendum est: si vero pluralis numeri fuerint: ad nobi lius transeundum erit. Exēplum primi. Cesar ⁊ respub. romano merito Pom peio infesta fuit. Exēplū scōi. senatoꝛes populusq; romanus Cesarē secutus est exemplum tertij. exercitus nostri romanoꝝq; turme turpiter fugate sunt. ¶ Vi gesima septima regula. Alliqñ comparatiua pro positiuis ponuntur: vt vebemē tius pro vebementer: sepius pro sepe. ¶ Vigesima octaua regula. Subiunctiu⁹ pro indicatiuo ponitur: vt velim / pro volo: fecerim pro feci. ¶ Vigesima nona re gula. Si verbum finitum habuerimus cū q̄ coniunctione: ea remota elegāter illud ad infinitiuum reducemus: vt te tribunitiam potestatem consecutū fuisse gaudeo. ¶ Trigesima et vltima regula. Cum aliquod adiectiuum exornare vo luerimus: proferemus illud per suum oppositum addita negatiōe: vt Cicero fuit haud nescius literarum.

De introductione artis prīa pars.



Hia artem illuminati Doctoꝛis Magistri Raymundi Lull in hoc nr̄o ope re sequi statuimus: eāq; rimari ac enucleare: idcirco ad habendam maioꝛem eius noticiam / introductionem ad eandem artem hac prima parte huius secundi libri ponimus. ¶ Secunda pars erit de vnitate et trinitate diuina ¶ Tertia vero de scala ascendendi et descendendi intellectus. In prima tria per ordinem videnda sunt. Primū erit de causis. Secundum de possibilitate et necessitate artis. Tertium autem de eius vtilitate. ¶ Quo ad primum est notandum / q̄ vna quēq; ars suis gaudet referari principijs: nam quanto aliqua res pfectius cognoscitur: cuius essentialis cognitio pendet ex suis principijs essentialibus / tanto feruentius ad eius incitatur amoꝛem: autoꝛe Tullio primo officiorum. id de forma honesti (Platonis sequendo sententiam) demonstrāte / quare fit vt a cōmunioꝛibus et generalioꝛibus ad specialissima procedendum sit secundum enim sententiam omnium naturalium: omne quod scitur per causas scitur et cognoscitur: et hoc est quod dicit Aristoteles primo physicoꝝ. scire enim arbitramur: cum causas et principia agnoscimus vsq; ad elemēta. ⁊ Pla to in Thimeo. nihil esse oꝛtum sub sole cuius legitima cā nō precedat: ideo in isto opere sicut et in alijs quatuoꝛ concurrunt cause / vez efficiens / materialis / formalis: ⁊ finalis. Causa efficiens est id per quod aliquid efficienter habet esse: vt creatura per creatoꝛem: domus per domificatoꝛem: et sic de alijs: particulariter tamen loquendo / causa efficiens huius artis est duplex: vez vniuersalis: vt deus benedictus: qui concurrit ad causandum quemlibet effectum: et cum hoc cōcoꝛdat tertus de causis: vbi habetur: q̄ causa prima plus influit in effectum idest plus facit ad positionē effectus / q̄ secūda causa: quod probari potest tali ratione. quicquid presupponitur in essendo: presupponitur in causando / cum causare presupponat esse: sed omnis creatura presupponit deum in essendo: ergo et in causando: et cum predicta ars sit vnus effectus in mundo productus: sic causa causalissima in superlatiuo gradu designata erit deus benedictus. vnde Ari

De quatuoꝛ causis huius artis.

Causa efficiens huius artis ē duplex.

ſtoteles.j.Metaphyſices.Deus autē videt eſſe cauſa oīum/et pricipiū quoddā.
¶Cauſa vo particularis et finita fuit ille ieffabilis vir et doctor/magiſter Raydus Lull qui eminentiſſimam ⁊ luculentiſſimaz ſuper omnes alios modos nobis tradidit doctrinā/que non humano certe ingenio inueniri potuit/ſeu acqri:ſed diuinitus creditur ipſam inſpiratā fuiſſe:cuius vitā pronunc(vt prolixitas euitetur)narrare recuſo:preſertim cum per reuerendum magiſtrū Caroluz Bouillum:⁊ alios ꝙ plurimos ſit in lucem deducta.Cauſa materialis eſt id de quo agitur in libro.Eſt tamen notandum ꝙ tripliciter accipitur materia:vez ex qua:in qua:et circa quā.Materia ex qua diffinitur ab Ariſtotele primo phyſicorum/et eſt ex qua cum aliquo/id eſt cum forma fit aliquid ideſt compoſitum:⁊ de tali non eſt hic ad propoſitum:tamen iſto modo accipiendo materiam litere et papyrus ſunt materia huius artis.Alia eſt materia in qua ſubiectantē accidentia: et talis ab aliquibus dicitur materia ſecunda: et de hac non eſt hic ad propoſitum:ſed de materia circa quam verſatur intentio artificis⁊ eſt id de quo agitur in quolibet opere:vt patet diſcurrendo per omnes facultates: et primo in grāmatica/in qua principaliter conſideratur ſermo congruus/ſeu oratio cōgrua:ſub rōne cuius oia grāmaticalia conſiderantur:et ad ipſam tāq̄ ad finē intentum ordinantur:ſic ⁊ in alijs facultatibus:ideo materia huius artis eſt id de quo agitur in ipſa arte:et agitur de omni ente tā creato/q̄ increato per ſe/aut ſaltim reductiue.et ſic materia circa quam/et ſubiectum attributionis huius artis coincidūt:nam omnia conſiderata in arte verſantur circa talem materiam: et habent attributionem ad eius ſubiectum:quod eſt ſcibile queſitum:inquantum artificiale:de quo poteſt fieri reſponſio/hoc eſt reſpondere de omni queſtione ſcibili:preſuppoſito ꝙ ſciaē quid importatur per nomen.¶Unde eſt notandum ꝙ queſtiones ſunt in triplici differentia:quedam ſunt facti:et quedam inutiles:⁊ de particularibꝰ:alie ſunt ſcibiles:primo modo qs ꝓbabit mahometē cōdidiſſe alcboranū/aut Juſtinianum leges:niſi credatur hiſtoricis:Secundo modo quis probabit quot arene ſunt in mari aut homines in mundo?¶Tertio modo dicuntur queſtiones ſcibiles/que de rebus vniuerſalibus et non particularibus fiunt:vnde Ariſtoteles primo poſteriorum.Sciētia eſt de vniuerſalibꝰ et non de particularibus:quia talia ſunt infinita:et per conſequens nobis ignota:per Ariſtotelē primo Rethoricez:ideo talia reliquēda ſunt ab arte:ad oēs tamen ſcibiles artiſta huius artis reſpondere poteſt:iuxta illud Ariſtotelis primo Metaphyſices.habenti ſciētiaz vniuerſalem neceſſe eſt omnia ſcire/preſuppoſito tñ ꝙ ſciatur quid importaē p nomē.vnde Ariſtoteles primo Phyſicoꝝ ignorato qd importaē p nomē/ipoſſibile eſt habere diſciplinā.¶Pro cuiꝰ euidētiā eſt notandū/ꝙ dupler eſt diffinitio per Ariſtotelē ſcōo poſteriorꝝ:videlz qd noīs/et qd rei ſeu quidditatiua:qd nominis.i.quid importaē p nomē:⁊ daē per trinſeca:vt homo eſt aial greſſibile bipes.¶Diffinitio vero quid rei eſt oratio iudicans quid eſſe rei:et datur per eſſentialia:vt vult Ariſtoteles in predicamentis: et differunt adinuicem tribus modis:primo modo/quia ignorato quid rei:haberi poteſt quid nominis:ſecundo modo/quia diffinitio quid nominis eſt tam entium q̄ nō entium:nam de chimera ⁊ hyrcoceruo haberi poteſt

De cauſa pticulari.
De cauſa materiali.
Raymūdi vitaz Carolus Bouillꝰ ſcripſit.
Materia tripliciter accipitur.

De triplici differentia q̄ ſtionum.

De duplici diffinitione.

diffinitio quid nominis: non tñ quid rei: cum non sint in rerum natura. ¶ Tertio ꝛ vltimo modo differunt: quia diffinitio quid nominis est principiū inuestigandi qd rei. Diffinitio vo qd rei est pncipiū inestigādi ppias passiões subiecti/vez diffiniti qd ist ei/vt subiecto ppa passio: iō ad nostrū ppositū fdeūdo artista hui⁹ artis ñdere pōt ad oēm qōnez scibilē: pſuppoſito q sciaſ qd iportaſ p nomen: idest quod habeat diffinitionem quid nominis: nam per medium eius artificialiter per artem inuestigari potest qnid rei: ꝛ sic perfectam illius rei notiam habere. ¶ Causa formalis est dupler: secū dū q dupler est forma: scz forma tractatus. ꝛ forma tractandi. forma tractatus est diuisio libri in partes: ars in prima sui diuisione diuiditur in prohemium/ꝛ tractatum. procemium incipit in principio: tractatus vero vtriusq artis/vez magne ꝛ breuis incipit ab alphabeto: ꝛ subdiuiditur in. xiij. partes: vt patet in textu: forma vero tractandi est modus procedendi: qui in litera patet. ¶ Causa finalis est gratia cuius aliquid fit: per Aristotelem secundo phyſicorum: ꝛ quia dupler est finis: scilicet mediatus ꝛ immediatus: ideo dupler causa finalis ipsius artis assignatur: vez mediata ꝛ immediata: mediata est vt intellecta ista arte omnes alias artes ꝛ scientias intelligamus: immediata vero causa est: quia cum nostre creationis sit deum intellige re: amare ꝛ recolere: vt intellecta ista arte ꝛ omnibus alijs deum intelligamus: intelligendo ipsum amemus: amando ipi seruiamus: seruiendo nos saluj/beatiq fiamus/amen. ¶ Quo ad scōm videndum est primo/qd nomine artis iportetur ¶ Pro cui⁹ euidētia est notādū/q ars dicta est ab arcēdo: ex eo qꝛ sub paucis plura comprehēdit: ꝛ est dupler: vez ars specialiter dicta: ꝛ ars generaliter capta ars specialiter dicta secundum Aristotelem sexto ethicorum: est recta ratio rerum a nobis factibilium: et continet sub se septem artes mechanicas: que sunt agricultura/venatio/nauigatio/lanificium/fabrica/archytectura/ꝛ medicina: de quibus dicetur inferius. ¶ Ars vero generaliter capta secundus Ciceronem est collectio multorum preceptorum in vnum finem tendentium: et hoc modo sumitur hic quātū āplectit in se oēs facultates: vez qnq habitus itellectuales/quib⁹ per Aristotelē sexto ethicorū non contingit dicere falsum: et sunt in duplici differentia: quidam sunt speculatiui: alij vero practici: speculatini sunt intellectus sapientia ꝛ scia: quorum finis ꝛ veritas ē ex secundo metaphyſices. Practici sunt quorum finis/vt in eodē/est opus/ꝛ sunt prudētia: ꝛ ars specialiter capta. ¶ Intellect⁹ sumpt⁹ p tali habitu speculatino/ꝛ nō pro potētia intellectiua: est principiorum indemonſtrabiliū/ꝛ per se notorum. vt omne totum maius est sua parte: si ab equalibus equalia demas/equalia remanebūt: ꝛ talia pncipia solo lumine intellectus cognoscuntur: vt vult cōmētator tertio de anima: idez Auicenna primo sue metaphyſices. ꝛ Aristoteles primo elenchorum: vbi dicit: q communia ꝛ generalia sunt quibus scitis scitur ars: sed ipſis ignoratis/neceſſe est artez ignorare: et talia sunt dignitates: que per se faciunt fidem: de quibus habetur intellectus. ¶ Sapientia secundum Augustinum est notitia habita de solis eternis. vnde Aristoteles primo Metaphyſice. Sapientia est noticia primarum et altiſſimarum causarum: ꝛ talis vocatur theologia. ¶ Scientia est notitia habita de conclusione per premiſſas: vel secundum Aristotelem sexto Ethicorum/est

De duplici cā formali.

De cā finali.

Ars vñ dicaſ

De quīq̄ habitibus itellectus.

De habitu speculatiuo q itellect⁹ nūcupatur.

De sciētia p prie dicta.

habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus: vt patet in hoc syllogismo. omne animal est substantia: sed omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: due premisse sunt demonstrantes: et id quod est in conclusione est demonstratum per premissas: et vocatur scientia. ¶ Prudentia vt in eodem / est recta ratio rerum a nobis agibilium: et habetur de his que accidere possunt: et sic sapientis est prouidere in bis. ¶ Et nota vlterius q̄ ars generaliter capta causata est ex pluribus experientijs: ideo est verissima: vnde Aristoteles primo ℳetaphysices. experientia facit artez: inexperientia vero casum: ꝛ in eodem. experientia est cognitio singularium: ars vero vniuersaliū: vnde idē Aristoteles arguit sic. omnis discens artem operatur actionem artis: nullus discens artem habet artem: ergo aliquis non habens artem operatur actionez artis: ꝛ est valde necessaria: ex eo quia minorata est in nobis facultas arbitrandi propter peccatuz primi parentis (vt inferius patebit) idcirco intellectus humanus non potest predictos habitus attingere absq; maxima difficultate: ex eo q̄ oportet per prius intelligere res corporales / ꝛ per corporales spirituales: ꝛ per spirituales deum benedictum / ꝛ eius dignitates inuisibiles. iuxta illud apostoli. inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Et quia vnumquodq; considerabile est in se id quod est: cuius consideratio ad ℳetaphysicum pertinet: idcirco oportet ℳetaphysicam addiscere: est etiam vnumquodq; ens creatum ad aliquem finem ordinatum / tanq̄ ad terminuz motus: ideo physica ipsa opus est. vnde secundum Aristotelem in secundo ℙhysicorum: quecunq; mouentia mota physice sunt considerationis: ac etiā oportet ℳathematicam addiscere: ex eo q̄ vnaquaeq; creatura suam habet quantitatem et mensuram: in qua proportiones / dimensiones / anguli / linee / ꝛ rectitudines considerantur: ꝛ q̄ bō bis supradictis absq; logica vti nō pōt: nec deipis notitiā vēdicare: idcirco itēdit logicā / tāq̄ istrumētū: qm̄ fm Aristotelē prio elēchorū. vtimur terminis preb⁹: ꝛq̄ p̄dicte sciētie a diuersis doctoribꝰ diuerso mō / ꝛ cōfuse / ac plixe tradite sunt: his de causis necessaria est vna ars generalis: que habeat p̄cipia generalia / primitiua / ꝛ necessaria / per que principia aliarum scientiarum probari / ꝛ examinari possint: nam secundum Aristotelem primo ℙosteriorum: illa principia per que possunt singularum scientiarum ppria principia / sunt oib⁹ cō munia: ꝛ talia sunt principia huius artis: nam positis ipsis: ponuntur omnia: ꝛ remotis remouent omnia / idcirco est valde necessaria non modo ratōne finis: sz etiam ratione sui: nam artes speciales et scientie sunt nimis (vt predictum est) plixe: et vita hominis breuis requirit intellectus habere aliquod instrumentum vniuersale: per quod dirigatur ad suum desideratum obiectum: tanq̄ ad suum finem: ꝛ quoniam obiectum est vniuersale: ꝛ intellectus humanus est potentia vniuersalis. ¶ Qō obiectum sit vniuersale: patet. cuz omne quod est sub ratiōe veritatis sit intelligibile: ꝛ ab intellectu percepti bile: eo quia verum: restat igit q̄ intellect⁹ sit vniuersalis potentia: alias esset finis vacuitatis in obiecto: eo q̄ esset verum: ꝛ non intelligibile: quod est impossibile: humanus ergo intellectus existens potentia vniuersalis habens vniuersale obiectum quod est intelligibile / requirit vniuersalem habitū de vniuersalibus similitudinibus rerū constitutum: vt sibi sit instrumentum quo obiectum suum valeat attingere: absq; quo

De bitibus practicis.

Demodo ꝛ ordine quēlibet rez intellect⁹.

De necessitate artis.

ipsum obiectuz attingere non posset:hoc autem instrumentum est ars generalis/q̃ est qdã diuinũ donũ:vt sit humano intellectui generale instrumẽtum necessario cognoscendi veritates entium in quibus quiescat:z ab opinionibus z erroribus per verum intelligere sit remotus:vel etiã inquãtũ est scia/est quidã vniuersalis habitus ceteris scientijs applicabilis:ratione cuius scibilia ceterarum scientiarum sunt ad sciendum in potentia ipsius intellectus/cuius est habit9:z talis scientia/siue ars est possibilis habitus intellectus viatoris:nam quemad modum de ente substantiali z accidentali est vna scientia dicta ℳetaphysica: sic de ente reali/z ente rationis esse potest vna ars/amplectens sub se omnes facultates:cum omnis multitudo reducatur ad vnitatẽ:iuxta illud Aristotelis xj. ℳetaphysices dicentis .omnis entis ad vnum aliquid et commune reductio fit :z cum ens rationis presupponat ens reale/cuius similitudo est:z a quo effectiue habet esse/ad ipsuz reduci potest:z debet/tanq̃ imperfectuz ad magis perfectum.¶Quo ad tertium hec ars est vtilissima/propter plures vtilitates/quas in se continet:et in primis ratione sue generalitatis z trascendentie:ex eo/quia habet principia generalissima/vera/necessaria/z primitiua:vt predictuz est/quibus principia aliarum scientiarum probari possunt:z sic est introductorium quoddã ad oẽs facultates nõ modo speculatiuas:videlicet ad phisicales mathematicas/metaphysicales/theologales:ed etiam ad morales/sermotionales:et mechanicas/ac etiam ad medicinam:Jus canonicum/z ciuile:ita q̃ nihil est extra ipsam considerabile:hec omnia ab vno fonte manant.est etiam vtilissima:quia per ipsam intellectus est valde illuminatus:sub quo lumine destruit ignorantiam que sua inimica est:z quia est scibilis dicitur vtilissima :quoniaz sub paucis multa comprehendit:et nõ est labilis:ex eo quia artificialiter discurrẽdo per principia z regulas omnia suis locis collocat:et recolit:et ẽ vtilissima: quia alta z profunda:vez deuz/z omnes articulos fidei altissime z profunde discurrit :z probat.etiam est vtilissima: quia omnes subtilitates intellectus in ea consistunt:z finaliter est vtilissima:ex eo quia longe doctior quis mediante hac arte in vno anno erit/q̃ in.xij.annis:expertum est sequendo cõmunez opinionẽ: idcirco auro comparari non debet:cum aditum amplum/z spatiosum ad perfectaz scientiam in breui tempore ei incumbentibus prebeat:quod videri potest ex suo discursu z ordine:nam imprimis ipsa res generalis diuiditur in theoricam z practicã.¶Theorica est cognitio speculatiua/que habetur de principijs':questionibus siue regulis:z de modo discurrendi per artem .Practica est modus applicandi omnia ad artem:seu modus practicandi per artez.¶Quo ad theoricam videndum est primo de alphabeto:z est alphabetum in hac arte pluriuz z diuersorum huius artis terminorum in vnum collectio:cuius quelibet littera varia sub diuersis vno suo nomine representatis habet significata:z continet in se duo:vez litteras significantes z significata literarũ:littere significantes sunt b.c.d.e.f.g.h.i.k.significata litterarum sunt in multiplici differentia:nã quedam sunt principia absoluta:vt bonitas/magnitudo/duratio/ potestas / sapientia/ volũtas/virt9/veritas/z gloria.alia sunt respectiua:vt differẽtia/cõcordãtia/cõtrarietas/principium/medium/z finis/maioritas/equalitas/z minoritas . Et

De possibilitate hui9 artis.

De vtilitate hui9 artis.

De alphabeto hui9 artis q̃ est eius prima pars.


De significatis literarũ.

bec ſunt principia primitiua: quia quodlibet eſt in ſeipſo id quod eſt: nō habēs aliquod ſupra ſe in ſuo genere: imo eſt principiū oim aliorū entium in tali eſſe: ſunt etiaz vera: quia vere de quolibet ente predicātur: et realia/quia eorum natura abſq; conſideratione anime rationalis habet eſſe: hoc eſt dato q; anima rationalis non conſideraret eorum naturaz: ipſa tamen eſſent: ſunt etiam neceſſaria: quia ipſis poſitis ponitur quicquid eſt: z ipſis remotis remouētur oia: ſunt generaliſſima: quia verſantur circa omnia: z in ipſis omne quod eſt comprehenditur: per ſe nota ſunt: quia tales habent conditiones/ q; ad ſui manifeſtationem non indigent alijs: de quibus inferius latius videbitur. ¶ Abſoluta principia dicuntur ex eo: quia ab omni reſpectu abſoluuntur: nam bonitas tantum ē bonitas: ſicut egnitas tm̄ ē egnitas: vt ingt Auicēna. v. Metaphyſices. ¶ Reſpectiua autem dicuntur ex eo/quia arguunt pluralitatem: vt differentia pluriū eſt differentia: z ſic de alijs. ¶ Alia in ordine ſignificata ſunt queſtiones ſeu regule: z ſunt vtrum/quid/de quo/quare/quando/quantum/quale/vbi/quomodo/z cum quo/z dicuntur queſtiones: quia dubia per eas queruntur z regule: eo quia regulant intellectum ad debite reſpondendum. ¶ Quarta ſignificata dicūtur nouem ſubiecta: vz deus/angelus/celum/homo/imaginatiua/ſenſitiua/vegetatiua/elementatiua/z inſtrumētatiua/z vocantur ſubiecta attributionis: eo quia omnia que ſunt in latitudine entis ipſa ſunt: vel ad ea reduci poſſunt: quita ſignificata ſunt virtutes: vt iuſticia/prudentia/fortitudo/temperantia/fides/ſpes/charitas/patientia/z pietas. Sunt etiam alia ſignificata: que dicūtur peccata: z ſunt auaricia/gula/luxuria/ſuperbia/accidia/inuidia/ira/mendacium/z inconſtantia. ¶ De omnibus ſupradictis agitur in arte explicite: z de eorum oppoſitis/cum oppoſitorum (teſte Ariſtotele) eadem ſit diſciplina. implicite vero de omnibus que reduci poſſunt ad iſta: z predictum alphabetum cum ſuis ſignificatis ordinatur ſic in arte: z in primis ſecundum moduz tractādi. B. ſignificat bonitatem/differentiam/vtrum/deum/iuſticiam/z auaritiam/C. magnitudinem/concordantiā/quid/angelum/prudentiam/z gulaz/D. durationē/ contrarietatem/de quo/celum/fortitudinē/z luxuriam/E. poteſtatem/principiū/ quare/ hominem/temperantiaz/z ſuperbiā/ F. ſapientiā/medium/quantum/ imaginatinam/fidem/z accidiā/G. voluntatem/finem/quale/ſenſitiuā/ſpem/z inuidiam. H virtutem/maioritatem/quando/vegetatiuam/charitatem/z iram/I. veritatem/equalitatem/vbi/elementatiuam/patientiaz/z mendaciū. K. gloriā/minoritatē/quomodo/z cum quo/inſtrumentatiuam/pietatem/z inconſtantiā. Et nota q; alphabetum cum ſuis ſignificatis opus eſt ſcire corde tenus: vt inquit doctor noſter in arte: z ratio huius eſt/quia in quibuſdam figuris ponuntur litere/z nō ſignificata earum: ideo ignoratis ſignificatis ars eſt indocibilis: que quidem figure quatuor ponuntur in arte: quarum prima attribuitur deo de per ſe: creaturis vero de per accidens: z tertia creaturis de per ſe: creatori vero de per accidēs ſecunda deſeruit prime z tertie: quarta vero eſt in qua plures rationes ad vnaz z eādem concluſionem (iuxta materiā ſubiectam) multiplicantur: z ab ea tabula generalis abſtrahitur: in qua omnes materie (vt ita loquar) tabulantur z relucent.

De primis principijs.

De ſecūda parte q̄ eſt de figuris.

PRIMA FIGVRA



De expana nationē prime figure.

Vo ad primam figuram/que quidem figura de.A. nuncupatur: est notandum q̄ ipsa dicitur figura de.A.et hoc impositū est ad voluntatē autoris:qui maluit q̄.A.potius significaret id qō importatur p ipsam primā figurā q̄ aliqua aliarum literarum:ex eo/ q̄ deus est alpha et.O.vt habetur in Apocalypsi:et ratio huius est:nam quemadmodum.A.in alphabeto obtinet locuz primum secundum ordinem aliarum literarum: sic et deus respectu creaturarum/a quo ordine diuino omnia emanant:et quēadmodū.A.causatur in corde ꝛ.E.i gutture.J.in capite gutturis.O.in faucib⁹:et.U.in labijs:et cōsonātes ab his vocalib⁹ originē trahunt:sic omnes creature a deo:et idē dici potest de corde respectu aliorum membrorū que ab ipso corde emanant: et omnia creata effectiue a deo/quorū causa causalissima dicitur: et quemadmodū A est triāgularis figure:sic ꝛ deus est trinus in personis/et vnus vnitate essentie. ¶ Ulterius est notādū/ q̄ predicta figura de A est circularis (vt patet ad sensum) et hoc duplici de causa prima:quia ipsa est nobilior et capacior omnibus alijs :continens in se eminenter ceu potentialiter omnes alias:et sicin ipsa oēs figure relucēt: quēadmodum in deo omnes creature:nam de⁹ est sphera cuius cētrum est vbiq̄ circūferētia vero nusq̄. ¶ Alia de causa dicitur circularis:ex eo/quia principia q̄ in ea ponuntur:tam in abstracto q̄ in cōcreto conuertunt:ita q̄ ibi fit de subiecto predicatū:et de predicato subiectū circulariter: et quēadmodum in circulo quis non potest tangere vnum punctum/quin tāgat omnia immediate aut mediate que in circulo ponuntur: sic etiam quis non potest assignare vnam perfectionem/ aut dignitatē in deo :quin omnes alias assignet per demonstrationē equiparantie:quāuis communis opinio eam non ponat:tamen Aristoteles primo Posteriorum ipsam tangit dicens :q̄ non contingit circulariter demonstrare/nisi in terminis conuertibilib⁹:vt sunt dignitates/et perfectiones in deo/aut in ente trāscendenti :et tali demōstratione non modo primus articulus vz q̄ deus sit trinus in personis/et vnus in essentia p̄bari potest:sed etiam oēs articuli fidei:vt patebit in sequentibus:est ergo talis dispositio prime figure:q̄ tangendo vnam dignitatum/omnes sibi correspondent: quemadmodum tangendo vnam partem campane/omnes correspondent: non est sic de dignitatibus creaturarum :vt in tertia figura:igitur principia absoluta in prima figura conuertuntur:et dicuntur principia/non q̄ aliquid principient:sed dicuntur principia.i.primaria:quia primo intellectui se offerunt:et etiam dici possunt principia artis in esse obiectiuo.sunt etiam principia incomplexa / et per se nota in p̄dicto esse:quia solo lumine intellectus intelliguntur:et licet circa omnia versentur :tamen non in omnibus modum prime figure habent:vt in creaturis : ideo decipiuntur nonnulli/qui primam figuram omnibus rebus tribuunt: et de ipa vnum chaos faciunt:dicentes/q̄ ars est generalis:et per consequens figure ei⁹: negatur eis cōsequētia:quoniam arguitur a suppositione simplici ad suppositionem personalem:quia licet ars in se/et absolute generalis sit:non tamen quelibet ei⁹ ps: vt in proposito:non em̄ sequit:hō est vniuersalis:ergo ꝛ sortes:sic nec

De literarum origine.

ars est vniuersalis :ergo et prima figura est vniuersalis :sed soli deo (vt predictū est) attribuitur de per se:de per accīs tamen attribui potest alijs:vt inferius melius patebit:sit ergo hec introductio in primis ad artem : nam ipsa plura secreta habet in se:quibus ignoratis/ignoratur et ars; ea tamen hoc in opere statuimus enucleare deo semper dirigente. Nunc ad practicam prime figure accedamus:in qua tria per ordinē venienda sunt. Primum erit de vnitate dei:et de his que de eo formaliter dicuntur. Secūdum de pluralitate personarum. Tertiū vero de generalitate principiorum/et eorum specificatione/et hoc in essentialiter ordinatis.

De practica primefigure.

¶ Quo ad primum videndum est primo quid deus sit:sed ad sciendum quid deus sit: videndum est primo : vtrum sit : et licet omnes tam scientes/ꝙ minus scientes:fideles ⁊ infideles in hoc conueniant: videlicet quod est vnum supremum bonum:cui attribuunt quicquid altius/ ⁊ perfectius cogitari potest:tamen si negaretur: posset pluribus rationibus probari. ¶ Et primo sic. omne illud quod partibus constat:aut in partes resoluitur/ vtiq; ab aliquo coniunctionem ⁊ resolutionem patitur:sed hunc mundum suis partibus constare manifestum est:ergo ab aliquo coniunctionem et inceptionem passus est sed illud talevocamus deum.ratio est Augustini in libro de cōditione vere vite. ¶ Secundo sic. Si infimum bonum est:ergo ⁊ suprem̄ū:tenet cōsequētia a positione vnius correlatiui ad positionem alterius:sed infimum ⁊ suprem̄um se habent correlatiue:ergo ⁊c. ꝙ infimum sit/manifestatur sic discurrendo: substantia animata melior est inanimata : et sensata animata:⁊ imaginatiua sensata ⁊ rationalis omnibus supradictis:substantia vero que nullo indiget extrinseco perfectissima omnium dicitur:quam deū vocamus:⁊ confirmatur per Augustinuz in prefato libro sic. Omne bonum/aut est per se bonum:aut per aliud. sed diuersa bona participatiōe vnius boni necesse est esse bona:diuersitas quippe recipit magis et minus:nam quantum ad genus /lapis est minus bonum/ qui tantum est:⁊ non viuit:lignum maius bonuz/quod crescendo viuit :equus illo melius:qui est:viuit:⁊ sentit:homo illo prestantius:qui viuit:⁊ ratione discernit:restat ergo summum bonum esse:quod quidem est deus:⁊ manifestatur: nam illud est summum bonum/quod est supra omne bonum:sed deus est illud (vt probatū est) ergo ⁊c. et confirmatur per Platonem in suo Timeo dicentez. deus est suprem̄um bonum supra omnem substantiam:quem omnia expetunt nullius indigens societatis:nec est dandum summum summo : nec etiam duo summe bona:quia tunc vnum terminaret aliud:⁊ manifestatur:quia vnum esset extra aliud per differentiam:aliter non dicerētur plura:et quodlibet includeret in se quicquid perfectionis est:quod est pura contradictio : et confirmatur per Damascenum in primo suarum sententiarum dicentem. Si multos diceremus esse deos/necesse esset differentiam in multis cōsiderari:sed si enim nulla differentia est in eis:vnus est/et non multi:si vero et differentia est in eis : vbi est perfectio/siue enim secundum bonitatem/secundum virtutem:siue secundū sapientiam secundum locū deficiet a perfectione:nequaq̄ erit deus:est ergo de suprem̄ū bonum/et vnicū. ¶ Jacto isto fundamento quasi per se noto/omnia que de deo dici possunt /necessitate eius consequūtur tam abstractiue/ꝙ cōcre

Vtrū sit de.

De pbatiōe qō deus sit.

Qō deorum pluralitas sit impossibilis

De his q̄ de deo dicunt.

tiue. Abſtractiue ex pte ſubiecti ſic diſcurrēdo p hāc primā figurā. Nulla bonitas ſupma dari pōt: qn ipſa ſit ifinite magna: nec magnitudo ifinita/ qn ſit eterna: nec eternitas/ quin ſit oīpotens: et ſic de alijs puncipijs circulariter p totam primam figuram. ¶ Et eſt notādum q predicta principia ſunt per equiparantiā demōſtrabilia ſyllogiſtice i prima: vel ſcōa aut tertia figura: vera noticia haberi pōt de ipſis ſub ratione tamen determinata: nam ſcōm Ariſtotelem primo Poſteriorū. demonſtratio eſt ſyllogiſmus: vt in habendo ipſum ſcimus: eſt ēm demonſtratio p equiparantiam: quando equale minus notum demonſtratur per equale magis notum: ſed predicta eſſentialia in diuinis ſunt equalia: et idē tificantur: ideo ſicut in campana (vt predictum eſt) non poſſumus tangere vnam partem/ quin correſpōdeāt ſibi omnes alie partes: ſic nec ī deo poſſumus ponere vnam perfectionem/ quin ponamus omnes: et quemadmodum concretum de abſtracto predicatur in diuinis: ſic et abſtractum de abſtracto: et concretum de concreto: exemplum primi. nulla bonitas ſuprema dari poteſt/ quin ipſa ſit magnitudo infinita: nec magnitudo īfinita/ quin ſit eternitas: et ſic de alijs abſtractiue ſumptis. Exēplum ſecundi. quicquid eſt bonum ſupremū id eſt infinite magnum: ſed. A. vēz deus eſt ſupremum bonum: ergo. A. eſt infinite magnū. maior manifeſtatur: nam ſi non eſſet infinite magnum: eſſet finitum/ et limitatum: ꝛ ſic ab aliquo eſſet finitum et limitatum/ quod eſt maius illo: ꝛ ſic non eſſet bonum ſupremum: cum omne quod eſt ſit finitum: vel infinitum: et ſic magnitudo ei deficeret: ſed hoc eſt contra ſententiam Anſelmi dicētis/ q deus eſt ens/ quo maius excogitari non poteſt: minor eſt nota per ſupradicta. ¶ Item/ quicquid eſt ſupremum bonum infinite magnum/ id eſt eternum: ſed deꝰ eſt huiuſmodi: ergo ꝛc. maior patet: nam ſi non eſt eternum: eſt principiatum ab alio: et ſic non erit ſupremus bonum: cum illud a quo eſt principiatum/ ſit maius illo in perfectione ꝛ bonitate: nā oē qō eſt/ aut eſt eternū/ aut principiatū: ꝛ ſi principiatū/ ab alio erit principiatum: cum nihil principiet ſeipſum: quia tunc eſſet ante cōꝰ eſſet: quod eſt pura contradictio. minor patet per predicta. ¶ Item/ quicquid eſt ſupremū bonum infinite magnum et eternum: illud eſt omnipotens: ſed deus eſt huiuſmodi. ergo ꝛc. maior probatur: quoniam ſi non/ aliquid ei cōtradicit: et ſic non erit ſupremum bonum: ſed hoc eſt falſum: vt ex ſupradictis patet. ergo ꝛc. Item quicquid eſt bonum ſupremum/ infinite magnum/ eternum/ et omnipotens/ id eſt infinite ſapiens: ſed deus eſt huiuſmodi: ergo ꝛc. maior manifeſtatur: quoniam ſi non intelligeret ſe eſſe id quod eſt vere: realiter ac infinite: non haberet in ſe omne complementum perfectionis: quia ignorans et incipiens eſſet: ſed illud eſt impoſſibile: ergo et illud ex quo ſequitur. vnde Auguſtinus in libro de cognitione vere vite. deus ſeipſum/ et totam facturam ſuam ſapit: et intelligit. ¶ Item. quicquid eſt bonum ſupremum/ infinite magnum/ eternum/ omnipotens/ et infinite ſapiens: id eſt infinite volens: ſed deus eſt huiuſmodi: ergo ꝛc. maior patet: quia ſi nō/ non haberet in ſe quicquid perfectiōis ē: et cum volūtas dicat perfectionem: vt patet in nobis: ergo deo attribuenda eſt in maiori gradu perfectionis/ qui dari pōt. minor manifeſtat p predicta. ¶ Ulterius. deꝰ eſt ſummē virtuoſus: aliter eſſet vicioſus et imperfectus: nā omne ens quanto magis

Nota de demonſtratione per equparantiam.

appropinquat ad summitatem / et immensitatem: tanto maioris est virtutis: sed deus est ipsa immensitas / et summitas infinita: ergo ꝛc. maior patet: quoniam aliter quanto magis appropinquaret ad non esse/maioris esset perfectionis/ac virtutis: quod est manifeste falsum. ¶ Eodem modo argui potest de eius veritate/quemadmodum de supremo bono argumentatum est: cum bonum ꝛ verum conuertantur: ꝛ hoc sic. Nullū bonum supremum/infinitum/eternum. ꝛc. est dandum/nisi de ipso sit verum dicere qō est: et sit vera adequatio eī ad intellectum: vt ex scō metaphysices haberi potest: sed deus est supremus bonum: ꝛc. ergo de ipso est verum dicere est: maiorem probo: quia esse et verum conuertūt. ex quarto metaphysices: vñ Aristoteles scō metaphysices. Ueriſſimū est quod causa est aliis: vt sint vera: minor patet per predicta. ¶ Item deus est summe gloriosus/qō probatur sic. Omne illud qō habet in se quicquid pfectionis est/est glorioſiſſimū: sed deī est huiusmodi/ergo ꝛc. maior est nota: minorem probo per Augustinū. i libro de summo bono dicentem: supremū bonū esse aggregationem omnium bonorum: in quo nihil est de malicia aut defectu: ergo sūme appetibile: quo frūedo deus summe gloriatur: ideo glorioſiſſimus dicitur ꝛ sic est felicitas assequentibus ipsum. Et nota ꝙ oia ista idētificantur realiter: et vniuntur in vnitate essentie: vt in secunda figura / et in angulo concordantie dicetur: ꝛ in tali vnitate consyderantur concretum/abstractum/et subſtractum concretum dicitur de concerno is: quia plura in suo conceptu cōcernit: vt bonū quod concernit bonitatem/tanq̄ rationem formalem/ꝛ abstractum: ꝛ concernit ceteras formalitates facietes vnum esse/qō subſtractum dicit: vnde Augustinus in libro octogintatrium questionum. omne castum castitate est castum ꝛ omne eternum eternitate: et omne bonum bonitate: nam aliter rationes formales essent inanes/et a casu: quia ea ratione qua bonum diceretur bonum bonitate: diceretur bonum magnitudine: ꝛ sic de aliis. Nec est dicendū quod tale bonū sit accidētale bonum: sed quidditatiue et per se: ꝛ ratio est: nam si deus esset bonus per aliud ꝛ accidentaliter: non esset id quod est scz supremū bonū: tenet ꝟñtia: qm̄ oppositum consequentis repugnat antecedenti. Et confirmat auctoritate Aristotelis scō metaphysices dicētis: qcqd est causa aliorū/vt sunt talia: illud maxime est tale: vt ignis qui est caloris causa in aliis: ideo ipse est maxime calidus: sed si deus esset bonus per aliud et non per se: illud per quod esset tale esset optimum: quod est inconueniens: ergo ꝛc. ¶ Et nota ꝙ predicta essentialia debent reduci secundū mentez Augustini decimoquinto de trinitate ad maiorem paucitatem / que dari pōt: scz maior dari nō potest/q̄ illa q̄ in prima figura ponitur: ꝛ si qua alia sint ad ista reduci possunt: ꝛ ponuntur in prima figura circulariter: ad denotandum proportionem/dispositionem / ꝛ eorū naturalem coniunctionem: ꝛ per consequens vnitatem. ꝛ hec de primo. ¶ Quo ad secundū restat probare emanationem personarū in diuinis: vez patris ab essentia per se: ꝛ filij per patrem: et spiritussancti per patrem ꝛ filium: tamē anteq̄ aggrediar hanc materiam de trinitate: protestor ꝙ si in aliquibus errauerim in isto libello/aut in aliis: non scienter sed ignoranter illud feci/submittēdo omnia correctiōi ac determinatiōi ecclie romane: quā statui ysq; ad triūphalē seq.

De idētitate ꝛ vnitate principiorū in eadez essentia.

De concreto subſtracto ꝛ abstracto.

De diuia trinitate ꝛ protestatiōe circa ea que filij dei sunt.

Facta

Acta ptestatione/nūc ad articulū de trinitate in diuinis accedamus:in quo duo p ordinē videda sunt. Primū erit de gnatione filij a patre. Scōm de productione spiritus sancti ab vtroq;. ¶Quo ad primū pbat sic. Vbicūq; est principiū productiuū infinitū sine impfectione ⁊ impedimēto:ibi reperit productū infinitū ei correspōdēs:sed in deo reperit intellect⁹ infinit⁹(vt superius pbatū est) qui est potētia productiua:vt in nobis patet:ergo ⁊ productū infinitū ꝑm talē potētiam:maior patet:qm aliter frustra esset ⁊ vacua talis potētia productiua ⁊ infinita:vñ Aristote.j.celi ⁊ mūdi. Illa potētia est ociosa/ex qua nulla operatio puenit: minor patet p Aristotelē viij. Physicoꝝ dicentē:q nullū finitū cōtingit infinitā potentiā habere: nec infinitū finitā:sed cū de⁹ sit infinit⁹(vt pbatū est)ergo potētiā intellectiuā infinitā habet:que quidē potētia obiectū infinitū exigit:ad hoc vt actū infinitū habere possit:aliter esset de⁹ ociosus/⁊ ignar⁹: si nō intelligeret seipm/id qō est:nec esset etiā purus actus/⁊ eternus/per se intelligēs/de toto seipso eternaliter producēs noticiā cōceptā mētis siue verbū: vñ Augustin⁹ in libro de cognitione vere vite. Deus verbū suū genuit:cū seipsum cogitādo dicit:dicere ꝑm eūdē/est potentie intellectiue:qō quidē nil aliud est q̄ intelligere. ¶Et est notādū q̄ talis act⁹ generatiuus nō presupponit operantē/ceu intelligentē:qui est pater:qz tūc in tali priori nature esset pater:⁊ nō haberet filiū:cū filius habeat esse per talem actū.⁊ licet dicat secūdus act⁹ operatiuus:hoc est respectu actus essentialis: qui est cōis tribus personis:quēadmodum essentia:est tñ operatiuus/quo pater formaliter se cōstituit/⁊ generat:nam pater emanādo ab essentia diuina se cōstituit de eadem essentia:⁊ tali actu generatiuo/ a quo sumit relatio/ que est paternitas: qua pater refert ad filiū:⁊ tali actui actiuo correspōdet actus passiuus: qui est generari:a quo sumit filiatio:qua formaliter filius cōstituit/⁊ denominat:ac ad patrem refert. ¶Et sic p firma cōclusione teneri pōt/filiationē in diuinis esse priorē patre:⁊ ratio est:nā quecūq; sunt simul natura:quicquid est pri⁹ vno:est pri⁹ ⁊ altero:sed pater ⁊ filius in diuinis sunt simul natura:qz relatiua:ergo ⁊c.maior est de se nota:⁊ minorē ꝓbo:nā filius presupponit ad suū esse filiationē/tanq̄ principiū cōstitutiuū ei⁹:⁊ sic est prior eo priozitate nature: per illā regulā. Vbicūq; est presuppositio bni⁹ ab hoc:ibi est priozitas nature. ¶Ulteri⁹ est notādū/q̄ intellectus est potētia naturalis distincta contra liberā:ideo verbū diuinū filius dicit: qz similis producēti est in natura numerica/⁊ p modū nature productus: qz p actū intellect⁹/qui est naturalis: vñ Hylari⁹.v.de trinitate. Potestate nature est de⁹ filius ex deo patre:nā quēadmodū in humanis vnus hō p nil aliud est filius alterius hois:nisi qz est similis sibi in natura specifica/⁊ per modū nature genit⁹: qz per actū generatiuū/qui est naturalis:vt ex.j.de aīa elici pōt.vñ Augustinus de cognitione vere vite.Summus de⁹ seipsum talē qualis est cogitauit: proculdubio similē sibi p oīa imaginē genauit: ⁊ sicut gignēs iure pater vocatur: ita rectissime genit⁹ filius noiatur. ¶Ex quib⁹ patet intelligēs nō esse intellectū:siue conceptū generatū:cū intelligēs se habeat per modū agētis:⁊ cōceptus declaratus per modū patiētis:que absq; relatione ⁊ distinctione reali esse non possunt: vt ex.j.Metaphy.elici pōt.vñ Boeti⁹.j.de trinita. Nulla relatio ad seipsam re-

De gnatione filij a patre.

De duplici actu intellectus in diuinis.

Qō filiatio in diuinis sit prior patre ꝓbatio.

ferri potest. Augusti. v. de trinita. qō relatiue dicitur nō substātiā vel essentiā: sed

De essentialibus in diuinis que formaliter aut cōcomitāter cōcurrūt.

producentē ⁊ ꝓductū dicit. ⁊ in. j. de trini. nulla res gignit seipsam: ⁊ talis productio est necessaria: aliter intellectꝰ diuinus/ ⁊ oēs diuine perfectiones essent ociose/vacue/ ⁊ carētes fine: ⁊ deꝰ nō esset omnipotēs/nec purus actꝰ: qō est impossibile. nā quēadmodū deꝰ pater generat intellectu suū filiū: sic ⁊ bonitate ipsum ꝓducit bonū: ⁊ magnitudine infinitū/eternitate eternū: et sic de alijs attributis: et sic pater cōicat filio quicquid habet in se: vñ Richardꝰ. Quicquid habet filiꝰ/habet a patre. Et nota ꝙ ly quicqd distribuit ꝓ essentialibꝰ ⁊ nō ꝓ notionalibꝰ: ⁊ hec de primo. ¶ Quo ad secūdū est ꝓbandū/spiritū sanctū esse a patre et filio

De ꝓductione spūs sancti.

per actū volūtatis: ⁊ ꝓbatur tali ratione Richardi. Vbicūqꝫ est summa pfectio bonitatis: ibi est summa charitas/que in alterū tēdit: ergo pluralitatē personaꝝ arguit: sed in deo est summa perfectio bonitatis: ergo summa charitas: ⁊ p consequēs personarū pluralitas: maior patet quo ad primā partē: qꝛ charitas dicit perfectionē: quo ad secūdā partē patet per Gregoriū dicentē: minꝰ ꝙ inter duos haberi charitas nō pōt: nemo enī ꝓprie ad seipsum habere charitatem dicitur. ¶ Et si obijcias ꝙ in vna persona potest esse charitas erga creaturas: dicitur ꝙ inordinata esset: si summe diligeret creaturam: que summe diligenda non est: nec etiā infinite diligi pōt: cū sit finita ⁊ limitata: ergo volūtas infinita ⁊ productiua exigit obiectū infinitū. tunc argui pōt/vt de intellectu diuino in generatione filij argumētatū est/hoc modo. Vbicūqꝫ est principiū ꝓductiuū infinitū fine aliqua imperfectione: ibi reperit ꝓductū infinitum sibi correspōdens: sed in deo est volūtas (vt ꝓbatum est) que est principiū productiuū infinitū/qua deus pater diligit filiū: ⁊ filius diligit patrē: aliter in eis nō esset summa charitas: nā deus pater generās suū verbū in omni cōplemēto perfectionis intelligēdi oportet ꝙ eū diligat de sua summa et eterna perfectione: sicut ipsum intelligit esse in omni cōplemento perfectionis: ⁊ verbū immediate genitū de tota sua pfectione ⁊ potestate diligit producentē: siue generantem sicut seipsum: ⁊ intelligit ipsum esse in omni cōplemēto perfectionis: et si ex dilectione cuiuslibet non sequerēt aliquid/eoꝙ esse esset per existētiā/ ⁊ nō per operationē: ex eo qꝛ non esset diligere cuiuslibet erga aliū: sed cōstat ꝙ est ibi vera dilectio: sicut est ibi vera intellectio: ergo sequit ꝙ ex diligere cuiuslibet erga aliū/ sequit aliquid: qō ꝓbatur: qm̄ non minoris actualitatis/ potestatis/bonitatis ⁊c. est amare in deo: ꝙ generare: sed per gnāre/seu intelligere exit persona de persona: scz filiꝰ de patre. ergo per amare patris ⁊ filij exit persona: talē personā vocamꝰ spiritū sanctū. Et ꝫ hac ratione pater ⁊ filiꝰ sint vnū principiū spiratiuū spūs sancti: nō tñ possunt dici vnum principiū numero: nec discretione numeri: qꝛ tūc esset quaternitas ī diuinis: sed bene vnitate essentie ⁊ nature: ac conueniētie: prout cōueniunt in vi spiratiua: qꝛ mutuo se diligūt: ⁊ sic se cōstituunt de quadā cōi spiratione/ ⁊ eadē essentia: ꝓductum vo seu spiratum cōstituitur de eadem essentia/ ⁊ spiratione passiua. ¶ Et nota ꝙ in diuinis tantū vnus est generans: qui immediate de tota sua natura/ essentia/bonitate ⁊c. generat: in tota perfectione qō plus generare nō pōt: nam si plus posset: ⁊ nō generaret: non esset totus agens/siue intelligēs: sed ꝑm quid: ⁊ sic esset diuisibilis: ⁊ in eo essent diuerse nature: accidens ⁊ limitatio: qō est fal-

Nota de ꝑncipio spiratiuo spirationis.

ſum:ꝛ illud poſſe eſſet ſibi nō poſſe:nec pōt etiā eſſe niſi vnus filius:nam ſi filius poſſet generare:ſequerentur multa inconuenientia. Primū ꝙ tota ratio et perfecta paternitatis non fuit in patre: ex eo ꝙ requiritur ꝙ filius generet. Scōm inconueniens/qꝛ tunc eſſet dandus proceſſus in infinitū: ex eo qm̄ non ſufficeret vnus pater:nec vnus filius:quia ea ratione qua primus filius generaret/ꝛ ſecūdus:ꝛ ſic pater non produceret ſuum filium infinitum in bonitate: et perfectione:ꝛ nullus perfecte daret: nec perfecte reciperet:qō eſt inconueniēs. Suo modo dicendum eſt de ſpiritu ſctō.vñ Anſelmus in monologio ſuo.c.vj. nō eſt pater filius:aut alter ſpiritus ſanctus:lꝫ ſit intelligentia/et amoꝛ:quia non eſt intelligētia genita:aut amoꝛ ab aliquo procedēs:quid igitur ꝓhibet cōcludere/ ꝙ vnus tm̄ eſt in ſumma eſſentia pater:vnus filius/vnus ſpiritus ſanctus/et nō tres patres/aut filij/aut ſpiritus ſancti? becalle. Et nota ꝙ quelibet proꝑietas dicitur perſona:ex eo quia eſt ſubſtātia incōmunicabilis nature rationalis:et licet eſſentia diuina ſit natura rationalis:tñ qꝛ eſt cōicabilis tribus perſonis non dicitur perſona:iō nō generat:nec generaſ:qꝛ operatiōes ſm Ariſtot. ſunt ſuppoſitoꝝ. Et nota vlterius ꝙ notiones diſtinguūtur cōtra eſſentialia:et dicīt notio id ratione cuius relatū cognoſcīt:vt paternitas qua pater/filiatio qua filiꝰ/ et ſpiratio paſſiua/qua ſpūs ſanctꝰ/ oīa iſta ꝛ lōge plura ex prīa figura elici poſſunt.

Nota ꝙ ī diuinis nō poſſunt eſſe plures ꝓſone tribus.

Nota qd ſit perſona.

De notionibus ī diuinis

Quoad tertiū videndū eſt in eadē figura prima de ſcala aſcendēdi et deſcēdendi intellectꝰ in eſſentialiter ordinatis. Pro cuiꝰ euidētia eſt notādū:ꝙ tres ſunt gradus/quibꝰ ſcala intellectus cōſtat. Primus aſcēdendo dicīt ſpecificus.ſcōs ſubalternatus. tertius vō generaliſſimus: nā in his tribus gradibus relucent oīa.ꝛ precipue principia huius artis ſm intenſitatē ꝛ extenſitatē: maioꝛitatē ꝛ minoꝛitatē: a quibus cōtrahuntur aut diſtrahūtur:vt verbi gratia. Bonitas eſt magna ratione magnitudinis:ꝛ ratione paruitatis eſt parua:ꝛ eſt differēs ratione differētie:ꝛ nō eſt differēs ratione vnitatis.ꝛ eſt cōcordās ratione cōcordātie:ꝛ nō eſt cōcordās ratione cōtrarietatis: et ſic de aliꝭ. Ita ꝙ bonitas que generaliter ſtabat in gradu generaliſſimo ad contrahendum/vel diſtrahendum/ ſpecificatur ratione illoꝝ principioꝝ/quibus cōtrahendo nectitur:vel a quibus diſtrahēdo remouef:ꝛ ſic de oībus aliꝭ principiꝭ generaliſſimis. Et eſt notādum/ꝙ iſtud principiū ſubalternatū eſt magni ambitus: nam oīa illa que mediāt inter principium oīno generale/ꝛ principium omnino ſpeciale vltima ſpecificatione dicūtur principia ſubalternata:vt verbi gratia:illa que mediant(vt ita loquar) inter bonitatem tranſcendentem/et ſuprem̄um bonum: et ſunt ens bonum/verum ꝛ cetera trāſcendētia cōcretiue ꝛ obiectiue ſumpta. vnde Damaſce.j.ſuarū ſententiarū. Si bonum/ſi verum/ſi tale quid diꝛeris:non naturam dei dices: ſed que circa naturam: et cum omne bonum bonitate ſit bonum/ ꝛ magnū magnitudine/verum veritate:et ſic de aliꝭ: ſequitur bonitatē/magnitudinem ꝛ cetera eſſe principia omnino generalia: ex eo qꝛ preſupponuntur a ſuis cōcretis: videlꝫ a bono/magno ꝛc.ꝛ bonum/ magnū/ verū ꝛc. Trāſcendentia cōcretiue/ ꝛ obiectiue ſumpta ꝓſupponunt abboc bono infinito:ꝛ ab hoc bono finito/ꝛ limitato/ſeu ſpecificato:ꝛ lꝫ inter bonitatē trāſcēdentē:ꝛ ſic de aliꝭ:ꝛ p̄dicta ſingularia


De gñalitate principioꝝ ꝛ eorū contractione.

De trāſcēdētibus.

singularitate vltimata mediet substãtia vniuersalissima: a qua oia dependẽt: per Aristote. iiij. Methaphi. põt tñ in sua coordinatiõe dici gñalissimũ principiũ: et oia que mediant inter ipsam et singularia sunt subalternata: et suo modo dici potest in qualibet coordinatione aliorum predicamentorũ: videlz quantitatis/qualitatis &c. et sic intellectus in limitatis et essentialiter ordinatis habet scalam ascẽdendi/et descẽdendi: ac etiam in illimitatis/et transcendentibus in esse obiectiuo et subiectiuo. ¶ Est tñ notandum ꝙ predicta principia in esse obiectiuo et transcendenti nec finita/nec infinita/creata/aut increata dicuntur: prout in libro de incarnatione verbi/quem ad summum pontificem Leonem decimum dedicauimus/deductum est: tamen in hoc libello aliqua per modum forme dicemus. Est enim regula generalis in metaphysica et vera: vt patet in quolibet: ꝙ omne tale inquantum tale vbicũqꝫ reperitur/semper est tale. sed si ens inquãtum ens esset finitum: cum reperiatur in deo per cõmentatorem quarto metaphy. dicentem. ens essentialiter predicatur de deo. et per Aristotelem in eodem. nihil est quod possit effugere rationem entis: sic deus esset ens finitum et limitatum: et simili modo si esset infinitum: cum reperiatur in creaturis/creatura esset infinita. ¶ Sed dicet aliquis ꝙ ens quod dicitur de deo: est sibi ꝓprium: simili mõ ens quod dicitur de creatura est sibi ꝓprium. Cõtra. impossibile est plura eodem conceptu conuenire et differre: sed deus et creatura conueniunt in ente: ergo differunt ꝓprijs rationibus. dices ꝙ conueniunt in aliquo conceptu rationis. contra: si conuenirent in aliquo conceptu rationis/tunc methaphysica non esset realis: quoniam non minoris entitatis est subiectum/ꝙ scientia ꝙ̃ca satur ab eo. ¶ Et si vlteri9 dicas/ꝙ metaphysica est de ente reali sub diuisiõne ꝛz de ente infinito/vel finito: dicitur ꝙ tũc non erit vna vnitate generis subiecti contra Aristotelem: nec etiam scõm ethimologiam vocabuli erit scientia transcendens habita de ente transcendenti: cum deus nõ dicatur transcendens: nec etiam creatura: quia nullum eorum predicatur de omnibus quemadmodũ ens vnde Auicẽna primo sue metaphy. ens et res prima impressiõe imprimuntur in anima. idem Aristoteles primo phyticorũ. et ponit ipsum ens esse obiectum adequatum intellectus: et in tertio de anima dicit ꝙ mouens intellectũ est actu et in secundo: ꝙ prius est obiectum ꝙ̃ eius actus. et si queras vbi sunt predicta transcẽdentia: dico quod in deo/et creatura. Et si dicas/ꝙ tũc sunt increata vel creata/infinita vel finita: quoniam quicquid est in deo est increatum: et infinitũ et quicquid in creatura creatum et finitum: dicitur ꝙ verum est subiectiue: non tamen obiectiue: sed prescindunt a predictis determinationibus: quibus determinantur determinatione metaphysica: ꝛz absqꝫ actione et passione/cũ reduplicatione tamen prioris/et designatione posterioris: vt ens inquantum deus vel inquantum creatura: et hec de deo quo ad primam figuram dicta sufficiant.

Utrum transcẽdẽtia sint finita vel infinita.

SECVNDA FIGVRA



De secūda figura artis.

DE secunda figura in qua duo per ordinē videda sunt. ¶ Primum erit de eius dispositione. ¶ Scōm de eius significatione. ¶ Quo ad primum dispositio secūde figure talis est: nā ipa dicitur figura de. T. ex eo q̄ de trib⁹ triāgulis cōstituta est: ⁊ quilibet de trib⁹ principijs/⁊ trib⁹ litteris ipsa pncipia significātibus: vt prim⁹ triāgulus ꝑm modū tractādi/ē de differētia/concordātia/⁊ cōtrarietate/⁊ de b c d illa significātia: vt patet in alphabeto. ¶ Scōs triāgulus cōstat etiā de trib⁹ principijs/⁊ tribus litteris ea significātibus: videlz de principio/medio/⁊ fine: littere sunt e f g. ¶ Terti⁹ triāgulus cōstat similiter de tribus principijs: ⁊ trib⁹ litteris: principia sunt maioritas/equalitas/⁊ minoritas: littere vo h i k. ¶ Quo ad secūdū est notādū: q̄ nō modo principia absoluta prime figure verificanť de deo: sed etiā principia respectiua scōe figure: vt probabimus in discursu: sunt eñ principia hui⁹ secūde figure gñalissima: que versanť circa oia: ⁊ vnūquodq̄ suas habet species gñales: possunt tñ specificari: ⁊ sunt generales: q̄ ex plurib⁹ experiētijs causate sunt: vt patet in quolibet angulo: nā differētia est inter sensuale ⁊ sensuale: ⁊ voco sensuale id qō percipiť a sensu: vt lapis/arbor: ⁊ c̄. Et est differētia inter sensuale ⁊ intellectuale: ⁊ voco intellectuale id qō a solo intellectu percipi pōt: vt de⁹/angelus ⁊ c̄. vñ Aristote. iij. de aīa. Omne ens aut est sensibile/aut intelligibile: ⁊ sic est differētia inter aīam ⁊ corpus: inter animam ⁊ aīam/angelū ⁊ angelū/⁊ c̄. aut inter arborē ⁊ lapidē/celū ⁊ terrā/⁊ c̄. et sic in alijs angulis huius primi triāguli suo mō dicendū est. ¶ Et nota q̄ predicte species gñales specificātur modo qui sequiť. ¶ Pro quar specificatione sunt duo presupponēda/q̄ p se nota sunt: quor primū est q̄ ois distinctio seu differētia specificatur/⁊ denominať ab extremis: nā si extrema sunt entia rationis: tunc est distinctio rationis: ⁊ si sint formalitates: est distinctio formalis: ⁊ si res/realis: et sic de alijs. Scōm fundamētū est/qō nō pōt addi differētie seu distinctioni: qō idē est (vt hic presuppono) aliqua maior differētia: qn variet talis distinctio: ⁊ istud tenet p illud Aristote. viij. Metaphy. dicentis. q̄ species/diffinitiones/⁊ forme cōparanť numero: nā quēadmodū numero nō pōt addi aliqua vnitas/quin varietur talis numer⁹: sic nec differētie/seu distinctioni addi pōt aliqua maior differētia seu nō idētitas: quin variet talis distinctio/seu differētia: vt patebit in practica. ¶ Jactis his fundamentis/arguiť sic in deo/qñ talē in creaturis practicā pñc minime facere possum⁹: donec ordinē nature clarificauerim⁹: ⁊ arguiť sic. Vbicūq̄ causanť plura entia rōnis/ibi est distinctio ratiōis/sed in deo possunt causari multa entia rōnis: ergo ⁊ c̄. maior tenet p primū fundamentū: minor patet hoc modo deducēdo. Jntellect⁹ in diuinis est intellect⁹: distinguiť intellectus in subiecto ab intellectu in predicato rōne ⁊ nō a pte rei: ergo intellect⁹ ⁊ volūtas distinguūtur maiori distinctione rōnis distinctione: tenet cōsequētia p scōm fundamētū: ⁊ cōfirmať p Aristote. j. Elēcor dicētē: qō ad cognoscēdū an aliqua distinguātur vel ne: cōsiderādū est: vtrū aliquid dicať de vno/⁊ negeť de altero: ⁊ talis cōtradictio/vt in eodē/ nō est noīs solū: sz noīs ⁊ rei: sed aliquid dicit de intellectu diuino qō negať de volūtate: patet: q̄ intellect⁹ est potētia naturalis ⁊ principium quo pater formaliter generat: ⁊ se cōstituit: volūtas vo nō: ergo ⁊ c̄. ⁊ non

De ꝓmo triāgulo.

De formalitatib⁹ ⁊ nouē modis distinctionū.

De duplici fundamēto.

De secundo fundamēto.

De distinctione rōnis.

De distinctione ex natura rei.

modo ista distinctio ex natura rei reperit inter formalitates: sed etiā inter concepts intrinsecos: videlz inter quiditatē/naturā/essentiā/singularitatē/ z existentiam. Est regula gñalis sumpta ex predicta auctoritate Aristote. qō illa distinguūtur ex natura rei: de quib⁹ primū principiū videlz esse z nō esse predicat. Est alta distinctio maior in diuinis: que dicta est formalis. ¶ Pro cui⁹ euidētia est primo notādū/ q formalitas distinguit cōtra modū: nā formalitas est id quod additū alteri variat rationē cōstituti: vt patet de deo z ei⁹ intellectu: nam dicitur deus intelligēs intellectu z nō volūtate: sed volēs. vñ Plato in Thimeo. Bonitas est ydea boni: sicut entitas entis et/vnitas vnius: z sic bonum est per bonitatem: et ens per entitatem: modus vo est id qō additum alteri non variat rationem constituti: vt finitas/contingentia/existentia z cetera: nam omnes homines dicuntur finiti: tamē non differunt per finitatem: nec existentes per existentiam: sed per proprias rationes formales. ¶ His sic consideratis/arguit sic. Ubicūq; sunt plures formalitates: ibi est distinctio formalis: sed in deo sunt plures formalitates: ergo z c̄. maior tenet per primū fundamentū: z minor manifestatur: nam deus vt predictū est: est intelligens intellectu/et non voluntate: et volens voluntate et non veritate: aliter rationes essent inanes/et a casu: est ergo inter illas distinctio formalis. vnde Dionysius de diuinis nominibus. In deo vnam intelligimus essentiam/et formalitatum et rationum communicabilium multiplicitatem. Cōsideratur alia maior inter personas diuinas dicta realis: et probatur sic. Ubicūq; sunt plures res rate/z incōmunicabiles: ibi est distinctio realis: sed in deo sunt tres res rate et incōmunicabiles: videlz pater/filius/ et spiritus sanctus: ergo et distinctio realis: maior tenet per primum fundamentum: et minor manifestatur: nam pater est operans respectu filij: et filius respectu spiritus sancti: et quia operationes sunt suppositoꝝ: et circa singularia: vt patet ex. j. Metaphy. ergo z c̄. Est alia in deo ad extra maior distinctio: hoc est respectu creaturarum: et ipsa est numeralis z essentialis: nam ad intra persone non distinguūtur numero: nec per consequens essentialiter: cum ibi non sint nisi tres discretiones numeri: que numerum ternarium constituunt: et sic differt ab omni alio ad extra numero: indiuidua vo alicuius speciei differunt numero. vñ Aristo. j. celi et mū di. Indiuidua alicuius speciei nō differūt specie: sed numero: predicti quatuor primi modi distinctionis solū reperiūtur in deo ad intra: ad extra vo respectu creaturarū oēs alie distinctiones preter obiectiuam inueniuntur: z sic de per accidēs de eis oportet facere p ordinē aliquā mētionē: lz circa creaturas proprie versentur. Est ergo distinctio numeralis maior reali: et ipsa cadit inter diuersos numeros/a quib⁹ specificatur: z sit ꝓprie indiuidua alicuius speciei (vt predictū est) distinguunt tali distinctione: ex eo q vnūquodq; plures vnitates cōtinet: iō ab Aristo. dicit simul totū ex plurib⁹ positiuis cōstitutū: z numer⁹ ex. x. Metaphy. est vnitatū pluralitas. Est alia distinctio q̄ dicta est essentialis seu specifica: nam sortes z a sin⁹ plus differūt: q̄ sortes z plato: sed talis esse nō pōt nisi ab aliqua entitate specifica. vñ Aristo. v. Metaphy. Scōm esse diuersa dicunt: quorū species sunt plures/aut materia/aut rō substātie: z hec dē. Differētia dicunt pmo mō q̄cūq; diuersa sunt: z in aliq̄ vno cōueniētia nō solū nūero: lz etiā spē aut gñe.

De distinctione formali.

Quid mod⁹ z quid formalitas sit.

De distictione reali.

De distictione numerali.

De distictione essentiali

De distinctione generica.

¶ Est alia distinctio maior specifica/et talis vocatur generica: et cadit inter illa que genere subalterno differunt:nam plus differunt angelus et leo/q̄ leo et asinus:sed leo ꝛ asinus differunt specie:ergo angelus et leo differunt genere/ nō generalissimo:ergo subalterno. ¶ Est vanda adhuc maior distinctio distinctione generica:q̄ dicta est se totis subiectis:nam q̄cūq; distinguūtur genere generalissimo/distinguūtur genere subalterno ꝛ nō ecōtrario:sed oia predicamēta distinguntur genere generalissimo ꝑm totā eorum subiectionē:ergo distinctio se totis subiectiua maior est generica:ꝛ manifestatur:nam illa que distinguūtur solū genere subalterno conueniūt in genere generalissimo: illa vo que differunt genere generalissimo/seu se totis subiectiue non conueniunt in aliquo limitato: sed solum in ente transcendenti:ergo ꝛc. ¶ Est alia distinctio maior:et suprema/que dicta est se totis obiectiua:nona in ordine/ꝛ probatur sic.illa distinguūtur maiori distinctione/distinctione se totis subiectiua: que in aliquo non conueniunt: q̄ illa que in aliquo cōueniūt:sed omnia cōueniunt in ente vniversalissimo preter differētias indiuiduales:ergo maior non idētitas inter eas oibus alijs: maior est nota est de se:minorē probo quoad primā partē:nam oia entia predicationem entis recipiūt:illa vo que ens formaliter in se nō includūt: eius predicationem recipere nō possunt:quēadmodum sunt vltime differētie indiuiduales :videlz forteitas et platoneitas: nā tātam dicūt non identitatē q̄ in aliquo tertio obiectari nō possunt:ꝛ ratio est:nā ipse differētie sunt simplices oino/ꝛ distincte eox cuius sunt:ꝛ sic in nullo cōuenientes:nā si cōuenirēt:ꝛ ens in suis rationibus includerēt:distinguerētur inter se ꝓpriis rationib⁹:ꝛ sic esset ꝓcessus in infinitū:qō est incōueniēs.Et nota q̄ iste distinctiones se habent tanq̄ superius et inferius:nā maior distinctio arguit minorē. ¶ Alterius est notandū q̄ ꝑm Aristotelē tot modis dicitur vnū oppositox quot modis ꝛ reliquum:ꝛ cū differētia ꝛ cōcordātia seu idētitas sint opposita:quot modis dicitur ipsa differentia: tot modis ꝛ cōcordantia:seu idētitas:sed nouem modis dicitur differentia: ergo et idētitas:seu concordantia/et quemadmodum intellectus habet scalam ascendendi et descendendi in angulo differentie:sic et in angulo concordantie. ¶ Est tamen notandū q̄ dupler est concordantia: intrinseca videlz et extrinseca:de intrinseca in primis vtiq; talis practica ascēdendo in essentialiter ordinatis:vt socrateo ꝛ plato differunt inter se:et idētificantur seu concordant in homine:homo et leo differunt: et concordant in animali: leo et arbor differunt: et concordant in corpore animato:arbor et lapis differunt:et cōcordant in corpore. celum et angelus differūt:ꝛ cōcordant in substātia/substātia et deus differunt/et cōcordant in ente.Descēdendo vo sic.ens et infinitas differunt:et concordant concordātia tamen extrinseca in deo:similiter ens et finitas in substantia: substantia ꝛ spiritualitas differūt:et concordāt in angelo vel anima:similiter substātia et corporeitas in primo corpore nature:corpus ꝛ decē forme celox quattuor elemētox/ vegetitas: sex formе sensuum et imagineitas differūt/ꝛ concordāt in hoc q̄ est constituere oēs species corporales ꝑm predictas formas immediate sub primo corpore nature: quattuor elemēta simplicia differūt/ꝛ concordant in hoc/ q̄ est ponere elemētatiuā.Elemētatiua cōcordat cū quolibet elemēto ratione ꝓprietatis loci in

De distinctione se totis subiectiua.

De distinctione se totis obiectiua.

De idētitate ꝛ cōcordatia

De practica scale intellectus in essentialiter ordinatis.

qualibet ſphera: elemẽta in ꝓprijs ſpheris exiſtẽtia cõcordãt in hoc: qõ eſt ponere in eſſe oĩa elemẽta abſoluta: vt ſunt mineralia ⁊ cetera: vegetatiua ⁊ elemẽtatiua cõcordant in corpore aĩato: ſenſitiua ⁊ corpus animatum in aĩali orbato: aĩal ⁊ imaginatiua in aĩali imaginatiuo ⁊ perfecto: aĩal imaginatiuũ ⁊ aĩa rationalis in hoĩe: qui eſt finis ⁊ cõcluſio ſupradictoꝝ: participãs naturã oĩm: et natura humana ⁊ diuina differunt: ⁊ concordant in hoc/ ꝙ eſt ponere in eſſe Chriſtũ benedictum: qui eſt pũctus quẽ querimus: in quo oĩa tanq̃ in ſpeculo relucent: vt melius in diſcurſu deducem⁹. ¶ In tertio angulo primi triãguli ponit cõtrarietas: ⁊ ſuas habet ſpecies: vt de differẽtia ⁊ cõcordãtia dictũ eſt: ⁊ eſt duplex: obiectiua ⁊ ſubiectiua: ſeu naturalis: ⁊ vtraq; eſt inter illa: que mutuo ſe expellũt propter diuerſos fines. ¶ Patet primo de obiectiua: nã angeli mali ⁊ hoĩes praui contrariantur deo ⁊ angelis bonis: in q̃tum habẽt volũtatẽ diffformẽ volũtati dei: ⁊ ſic deus dicit cõtrarians denominatione extrinſeca: nã cõtrarietas nõ eſt in deo intrinſece: cũ ſit principiũ accidẽtale: ⁊ talis nõ modo reperit in rebus ſpũalibus ſed etiã in hoĩbus adinuicẽ: vt patet in litigijs: naturali vo cõtrarietate contrariãtur quattuor elemẽta ſecũdũ eoꝝ qualitates/ colores/ et ſapores: ⁊ generaliter cõtrarietas ſumit⁹ pro omni oppoſitione: ſiue ſit relatiua/ priuatiua ⁊c. ⁊ oẽs predicte cõtrarietates inueſtigãtur in reb⁹ eſſentialiter ordinatis: ⁊ ſic intellect⁹ habet ſcalã aſcendẽdi ⁊ deſcendẽdi in angulo cõtrarietatis: aſcendẽdi a particularibus vſq; ad ens vniuerſaliſſimũ: qõ cõtradictionẽ recipit per eſſe ⁊ nõ eſſe: et ab ente vniuerſaliſſimo vſq; ad particularia. ¶ Primus angulus ſcõi triãguli eſt principiũ: ⁊ ſuas habet ſpecies gñales: vt patet in textu. Et nota ꝙ principiũ et cauſa ſe habẽt tãq̃ ſuperi⁹ ⁊ inferi⁹: nã quicquid eſt cauſa/ eſt principiũ ⁊ nõ ecõtrario: vt patet ex. v. Metaphy. vbi habet ꝙ oẽs cauſe ſunt principia/ ſed non ecõtrario: ex eo qꝛ principiũ verificat de oĩbus nouẽ predicamẽtis accidẽtalib⁹: nõ tamẽ cauſa: niſi de ſubſtãtia: nã vnũquodq; genus gñaliſſimũ accidentale in ſua coordinatione eſt principiũ: prout mediãte ſubſtantia principiat oĩa contenta ſub eo: ⁊ nõ meretur dici cauſa: ex eo qꝛ ei nõ competit aliqua actiuitas per ſe: ſed rõne ſubſtãtie: nã oĩa accidẽtia ſm Ariſtote. ſpecificãtur/ ⁊ indiuiduãtur ad ſpecificationẽ ⁊ indiuiduationẽ ſubſtãtie: ideo quãtitas ⁊ tempus ponũtur ſpecies principij/ ad denotãdũ ꝙ predicamẽta accidẽtalia ſunt ſolũ principia eorũ/ que ſub ipſis ponũtur/ ⁊ nõ cauſe: nã iſta dignitas cauſalitatis ſoli ſubſtãtie cõpetit. ¶ Et eſt vlteri⁹ notãdũ ꝙ cauſe ſunt in duplici differẽtia: de per ſe: ⁊ de per accidẽs: de per ſe ex. ij. Phyſico. ſunt. iiij. videlz materialis/ formalis/ efficiẽs/ ⁊ finalis: et talis cauſa finalis eſt potiſſima inter cauſas: et habet rationem boni: vt in eodem: ⁊ tales cauſe per ſe eiuſdem ſpeciei alie ſunt priores: alie poſteriores/ alie proprie/ alie cõmunes: nam oportet in naturalib⁹ cauſam vniuſcuiuſq; ſummam querere: vt in eodem: et ſic patet quomodo in angulo cauſe ſeu principij eſt ſcala aſcendendi/ ⁊ deſcẽdendi. Cauſe de per accidẽs ſunt caſus et fortuna: caſus non ſolum eſt in hoĩbus/ qui volũtarie agũt: ſed etiam in alijs animatis et inanimatis: fortuna vo in his que ſunt ſm propoſitum: vt in eodem. ij. Phyſico. liquide patet. Principium non modo in rebus creatis reperitur: ſed etiam in deo ad intra/ ⁊ extra: nõ tamẽ ad intra in aliquo genere cauſe: ſed propter penuriam

De duplici cõtrarietate.

De ſcala ĩ angulo ĩrietatis ſimiliter.

De ſecundo triãgulo ſecũ de figure.

Quottuplex eſt cauſa.

De duplici differẽtia ꝑncipij.

vocabulo⁹ theologi vtuntur multis vocabulis: sine quibus minime doceri aut docere valerẽt. ¶Idcirco cõsideratur in primis in deo principiũ quod/ & dicitur id cui competit aliqua operatio actiua/aut passiua: vt patri cõpetit gñare filiũ: ideo dicit principiũ qđ gñationis actiue: & filio cõpetit gñari: iõ principiũ qđ generatiõis passiue dicit: & patri & filio cõpetit ꝓducere spiritum sctũ/iquãtũ conueniunt in vi spiratiua (vt predictũ est) & sic se cõstituũt de quadam actiua spiratione & eadẽ essentia: & faciunt vnum principiũ spiratiuũ/qđ nõ numero/nec discretione numeri / sed vnitate cõueniẽte: & tali principio quod/ correspondet spiratum: qđ est cõstitutũ de spiratione passiua/et eadẽ essentia: & productũ a predicto principio spiratiuo. ¶Est vlteri⁹ notãdũ qđ vbicũq; est principiũ quod/ibi est principiũ quo: vt patet in quodlibet discurrẽdo: nã si hõ non haberet in se potestatẽ generãdi filiũ: non generaret illũ: nec sol magis q̃ terra posset illuminare mundũ: nisi ei inesset aliqua virtus: que quidẽ nõ inest terre: talẽ virtutẽ seu potestatẽ vocamus principiũ quo. vñ Hylarius. v. de trinitate dicit q̃ potestate nature fili⁹ est a patre: talis potestas dicit intellectus: qui est potẽtia naturalis (vt probatũ est superi⁹) & tñ in generatione filij nõ põt dici principiũ quo totale generationis/absq; presentia essentie diuine: q⁹ tunc pater intelligeret rẽ sine re: nec ipsa essentia diuina seorsum capta põt dici principiũ quo: q⁹ tũc pater absq; potẽtia intellectiua posset ꝓducere filiũ: qđ est cõtra sentẽtiã Augustini dicẽtis qđ generare seu dicere est potẽtie intellectiue. Est ergo principiũ quo totale generationis/intellectus diuinus cũ presentia essentie diuine: & tale principiũ quo totale vocatur ab Augustino. ij. de trinitate memoria fecũda. Suo modo dicẽdum est in spiratione spiritus sancti: nã pater et filius dicũt vnũ principiũ qđ/ vnitate cõueniẽtie: vt pluries dictũ est: & volũtas cũ presentia essentie diuine principiũ quo totale: est eñ deus principiũ effectiuũ ad extra respectu creaturarũ: indifferẽter tñ tota trinitas videlz pater/fili⁹ & spiritus sanct⁹: & ratio hui⁹ est: quia in creatione requirit perfectio: & nulla perfectio reperit in vna persona/quin reperiatur in alia: idcirco tota trinitas operat ad extra: et sic dicit vnũ principiũ qđ creationis: principiũ vo quo est volũtas cũ essentia: vt in secũdo obiecto: vt in tertia figura latius patebit/etiã de cibus principijs & causis in essentialiter ordinatis sequẽdo ordinẽ nature. Est etiã mediũ vnũ principium gñale/qđ habet suas species gñales: vt patet in textu: est eñ mediũ cõiũctionis: mediũ mẽsurationis: & mediũ extremitatũ: mediũ cõiunctionis inuestigat in omni re complera ab ente trãscẽdẽti vsq; ad particularia: & tale nõ modo inuenitur in creaturis: sed etiã in deo ad intra: vt deductũ est in prima figura: & dicit mediũ cõiũctionis inquãtũ cõiungit predicatũ cũ subiecto: vt patet in quodlibet syllogismo: mediũ mẽsurationis inuestigat sic. Vbicũq; est intelligere infinitũ: ibi est intelligẽs infinitũ et intellectũ: sed in deo est intelligere infinitũ: ergo & ẽ. maio⁹ est nota de se: q⁹ intelligere infinitũ nõ põt esse potẽtie finite: vt patet ex. viij. ℙhysico. minor patet ꝑ primam figurã: in creaturis vo inuestigat inter potentiã & obiectũ: vt puta amare/ qđ mẽsurat amãtẽ & amatũ: & cẽtrũ oẽs lineas ductas ab eo vsq; ad circũferentiam: mediũ extremitatũ in deo non habet locũ: nisi sumat largo modo pro nixu patris & filij/qui est spiritus sanct⁹: in creaturis vo reperit mediũ extremitatũ:

Nota de indifferẽtia creationis a patre et filio et spiritu sctõ.

Omnis enim virtutis laus in actione conſiſtit:ad virtutem reducuntur omnes actus/et habitus poſitiui et priuatiui/vt virtutes et vitia:de quibus inferius in nono ſubiecto dicetur. ¶ Veritas ſm Ariſtote.ij. Metaphy.eſt adequatio rei ad intellectum:ſed diffinitur in arte generaliter:prout eſt ratio:vt omnia ſint vera:nam ſi veritas non eſſet primitiua ⁊ neceſſaria:omne ens primitiuum falſum eſt ⁊ erroneum/ qđ eſt impoſſibile. ſynonima ſunt ratio eſſendi/ ratio formalis/ quiditas/adequatio/cõformatio/approbatio/ valitudo/auctorizatio/ regiſtrũ/ ratificatio/ probatio per veritatem: verum adheret intellectui: et intellectus vero:et eſt veritas vera entitas/vel verborum reitas:de qua datur regula/ꝙ de ente poſitiuo reſpectu priuatiui ſemper concludatur affirmatiue ſm maioritatem eſſe finis/ et perfectionis: de priuatiuo autem aut de minus poſitiuo negatiue per minoritatem finis eſſe et perfectionis:vt omne poſitiuum perfectius eſt ente priuatiuo:omne videns perfectius eſt ceco:et lumẽ tenebra:iuſtũ iniuſto:omnis vita perfectior/melior/copioſior/ ſufficientior/ actualior/potentior/ ſcibilior/ deſiderabilior/virtuoſior/verior/etiam glorioſior eſt morte et priuatione. ¶ Et reducuntur ad veritatem omnes articuli fidei/omne teſtimonium/teſtamẽtum/ omnia que dicuntur eſſe:vt ens/eſſentia/entitas/res/reitas/ et omnia poſitiua/ aliquid/et aliquiditas: et omnis approbatio: vt canonizatio ſanctorum/ ſanctificatio rerum/confeſſio/profeſſio/et omnes actiones formales eſſendi: et omnis fidelis et infidelis/prout dicunt actualitatem eſſendi. ¶ Gloria eſt dupler: adequata/et inadequata: adequata eſt in vltimo termino/ qui eſt deus benedictus:ad quem omnia ordinata ſunt:inadequata vo eſt vnaquęq; delectatio prima excepta.et diffinitur generaliter in arte:et talis eſt/vera neceſſaria/ et primitiua:et ſi ipſa non eſt:omnia ſunt in labore et pena:qđ eſt falſum ⁊ impoſſibile.ſua ſynonima ſunt leticia/gaudium/ſolatium/iocunditas/felicitas/proſperitas/alacritas/laus/fama/victoria/triumphus/chorea/ exultatio/decus/ ornamentum/ pulchritudo/ venuſtas/ habitus/ bonor/ iubilatio/ vſus et fruitio: alacritas eſt in facie:leticia in mente:iubilatio in corde:ſolatium in rationatiua:gaudium in anima:iocunditas in ſpiritu. ¶ Et nota ꝙ proprie tales emanationes a propriis principiis ſubſtantialibus non dicuntur ſynonima:ſed eorum ſimilitudines/et vicinitates ſm magis ⁊ minus:ideo artiſta debet eis vti/ponendo differentiam et concordantiam per angulum viridem:⁊ dicitur gloria gauiſa quies: de qua datur regula/ꝙ de proſperitate reſpectu delectationis et gaudij ſemper concludatur affirmatiue ſm maioritatem finis eſſe et perfectionis. De delectatione vo/aut gaudio negatiue:vt omnis proſperitas melior/ſufficientior/ durabilior/potentior/ ſcibilior/ deſiderabilior/virtuoſior/et glorioſior delectatione/et gaudio. patet:quia proſperitas eſt in maioritate finis eſſe et perfectionis: delectatio vo ſiue gaudium in minoritate finis eſſe et perfectionis. Ad gloriam reducuntur omnes ſtatus beatitudinis et fortune/ac infortunij/ et omnis ratio gaudij/et vocum armonia:omnis dies feſtinus/et ſuauis odor:et omnis ratio mortis et triſticie:nam oppoſitorũ eadem eſt diſciplina.ſequuntur regule principiorũ reſpectiuorum. ¶ De differentia que eſt principium reſpectiuum ſecunde figure datur etymologia:nam ipſa eſt diſtincta ferentia: et ſic diſtinctio/ et ipſa diffe-

De veritate eius ſynonimis ⁊ regula

De gloria et eius ſynonimis ac regula.

De differẽtia ꝛ eius synonimis ac regla

rentia se habent tanꝝ superius et inferius: nam vbicunꝙ est differentia: est distinctio/et non econtrario: nam inter conceptus quidicos est distinctio: et tamẽ differentia ibi locum non habet: est tamen differentia principium substantiale/ et omnino generale ad omnes differentias specificas ꝛ numerales: et diffinitur in arte: est enim claritas conceptuum. vnde Aristote. Eadẽ sunt principia essendi/cognoscendi/et distinguendi. et sue emanationes sunt alietas/discretio/ pluralitas/multiplicatio/ diuersitas/diuisio/ dissimilitudo/ disproportio/ disparitas/ varietas/ non idẽtitas/ multiplicitas/ separatio/ remotio/ longinquitas. Ad differentiam reducuntur omnia nomina propria/ et cognomina/ agnomina/et pronomina primitiua/et demonstratiua: et omnes propositiones singulares/et indefinite: de qua datur talis regula/ꝙ per pluralitatem maiorem ꝛ dissimilitudinem semper concludatur affirmatiue: per vnitatẽ vero similitudinẽ/et vnionem negatiue: nam omnis differentia arguit pluralitatem: et omnis pluralitas differentiam: et nullum indistinctum arguit pluralitatem: patet/quoniam id quod est indistinctum/est absolutum/et vnum: ideo arguitur mixtim sic. Omnis differentia melior/ sufficientior/firmior/ potentior/ ꝛc̃. est in pluralitate/ ꝙ in vnitate: omnis differentia peior/ defectuosior/ fragilior ꝛc̃. est in vnitate ꝙ in pluralitate: patet. quia ratio differentie stat in pluralitate: ergo deficit in vnitate/et sic omnis distinctio se totis obiectiua melior/maior/stabilior est subiectiua/ et subiectiua generica/et generica essentialis: et essentialis numerali/ et numeralis reali/et realis formali/et formalis ex natura rei/et ex natura rei distinctione rationis: nisi sumatur distinctio seu differentia ab extremis.

De concordãtia ꝛ eiꝰ synonimis ac regula.

¶ Concordantia est principium respectiuum omnino generale in sua coordinatione: vt patet per eius scalam in angulo concordantie: et habet sua synonima: quibus variatur/ et specificatur/ et sunt idẽtitas/ similitudo/ equalitas/ propinquitas/ vnitas/ proportio/paritas/ coniunctio/vnio/conuenientia/ cuius etimologia est concors cãtia: et ad ipsam reducuntur omnes idẽtitates/ similitudines/et omnes affinitates: et omnia que dicunt vnionem: vt matrimonium: et omnia que dicunt conuenientiam: vt pactum/et omnia que dicunt paritatem: vt amicitia/ pax: et omnia abstracta/ vniuoca/ signa/ vniuersalia: et omnes propositiones vniuersales: et omnes vnitates fraternales: vt totum/ciuitas/plebs ꝛc̃. De ipsa contrarietate datur talis regula/ꝙ semper concludatur affirmatiue per vnitatem maiorem similitudinem et vnionem: negatiue vero per minorem vnitatem et similitudinem: vt si queratur. Vtrum angelus sit perfectior: et dicitur ꝙ sic: nã omne deo similius est perfectius minus simili/ nullum dissimilius perfectius simili deo: et sic omnis concordantia melior/maior/ firmior/ ꝛc̃. est in vnitate et similitudine/ ꝙ in pluralitate/ et dissimilitudine: nam omnis concordantia/seu idẽtitas rationis melior/maior ꝛc̃. est idẽtitate seu concordantia ex natura rei precise/et ex natura rei formali/ et formalis reali/ et sic de alijs.

De contrarietate ꝛ eius synonimis ac regula.

¶ Contrarietas est principium omnino generale in suo genere: ad quam quidem contrarietatẽ omnes contrarietates reducuntur: vt patet ex. j. ℞ Physicorum. ꝛ specificatur bis emanationibus: et sunt extraneitas/ incompossibilitas/ totalis separabilitas/ impermissibilitas/resistentia/inimicitia/ desistentia/et generaliter omnes oppo-

fitiones:et ſic eſt principium vniuerſale diffuſum in principijs ſubſtantie: in qua ſunt fines contrarij/et ſpecifice particulares: ſicut caliditas/et frigiditas/ humiditas/et ſiccitas/ ponderoſitas et leuitas:et ſic de alijs/que inclinationē habent ad fines contrarios:et dicitur contraria reitas ꝑm etbymologiam vocabuli.et ad ipſam reducuntur omnes oppoſitiones: vt relatiua/oēs qualitates/ diſproportiones/priuationes/ſeparationes:vt diuortium matrimonij: et omnes controuerſie: et omnia analoga: et omnes particulares propoſitiones:et propoſitiones accuſatiuo deſeruientes:vt cōtra/aduerſus ⁊c̄. ¶ Principium eſt multiplex vt viſum eſt in ſecunda figura: et ipſum eſt vniuerſaliſſimū/ in quo apparēt principia ſpecifica/et particularia ipſo diffuſo in partibus ſubſtantie:vt patet ſequēdo ordinem nature:cuius emanationes ſunt primitiuitas/principalitas/cauſalitas/auctoritas/preordinalitas/precipuitas/originalitas/prioritas/anteceden tia:et dicitur principium quaſi primum tenens ſtatum/et ad ipſum reducuntur omnes termini a quo:vt agens/potentia:⁊ omnis ratio cauſalis:vt efficiens/formalis/materialis/et finalis/et omnis actus originis:vt incboare/incipere ⁊c̄. et omne antecedens/ precedens/ et omnis ingreſſus vt ianua: et propoſitiones deſeruientes ablatiuo vt a/ab/ex/de/⁊c̄. et omnia predicamenta/,et de ipſo principio datur regula/ꝙ ſemp cōcludatur affirmatiue de cauſa reſpectu principij ſimpliciter dicti ꝑ maioritatē finis eſſe ⁊ perfectiōis/⁊ de cā finali reſpectu efficiētis/ et de efficiēte reſpectu formalis/⁊ de formali reſpectu materialis. Exēplū primi: de ſubſtātia que eſt nobilior/⁊ perfectior omni accidēte:ex eo:qꝛ eſt cā omniū accidentiū in triplici gñe cauſe:videlz efficiētis/materialis/ et finalis/ex.vij. ¶ Metaphy.de cā effectiua inſimul patet in deo reſpectu creature. De formali autem/de aīa reſpectu corporis:et oīs cauſa finalis et efficiēs nobilior/⁊ pfectior eſt effectu. patet/ qꝛ cauſa eſt indepēdens:effect⁹ vo dependēs/ſiue ordinat⁹. ¶ Itē oīs cā prior eſt ſuo effectu fundamētaliter intellige: et non formaliter:cū ſint relatiua. Oñe principiū primū eſt in ſuo gñe. ¶ Medium diffinit ī arte:⁊ eſt ſubiectū fini: inquātū finis infuit principio ſuā ſimilitudinē:⁊ eſt ſubiectū principio/inq̄tū principiū refluit fini illā ſimilitudinē:de qua finis ipſum induit.vñ rōne influētie et refluentie amborum eſt conſtituta ſubſtantia de ambobus:⁊ omnes partes ſunt cōiuncte:in vniuerſali medio poſſunt attingi media particularia queſita conſeruando illud qō de vniuerſali medio predixim⁹: vt hoc affirmādo/vel negando/et dicitur medium quaſi a metis diſtinctum. Emanationes ſunt dimidium/via/tranſitus/perfectibile/inſtrumentum/perfectiuitas/ et ad ipſum medium reducuntur,omnia cingula:vt zona/ corrigia/ et omnia inſtrumenta artificialia: vt malleus/ſecuris ⁊c̄. Omnia moralia:vt virtutes/ vitia/et oia intelligibilia: vt ſubſtātie/et artes/ et omnis habit⁹ poſitiuus/ vel priuatiuus/ et omnia membra corporalia/quibus principaliter operamur:vt oculus/manus/ pedes ⁊c̄. et omnes actus et operationes/ quibus aliquid in eſſe ponitur:et omnes menſure/ quibus res menſurantur:vt linea/ figura ⁊c̄.et omnia que dicunt vinculum in terminū a quo/et in terminum ad quem/ſacramenta/ et omnia opera miſericordie/et omnia precepta legis. ¶ Et nota ꝙ nō eſt incōueniens vnum et idem diuerſis reſpectibus ad diuerſa principia artis reducere/ſeu applicare/

De principio et eius ſynonimis ac regula.

De medio et eius ſynonimis ac regula.

proxime dicta reducũtur ad bonitatem (vt dictum est) inquãtum bona sunt: et ad medium inquãtum mediant inter principium ⁊ finem: reducuntur etiam ad medium, prepositiones dicẽtes motum/vt in/per/per quid: per quem/ et omnia verba que dicunt motum/ vel transitum: vt vado/ pergo/ curro/ ⁊ omnes compositiones quibus totũ efficitur ⁊c̃. De medio datur regula per respectum ad extrema/ ꝙ semper cõcludatur affirmatiue: vt omne medium arguit principium et finem: omnis vacuitas medij priuat finem: omne medium ponens extrema melius est priuatione ⁊c̃. ¶ Sub fine vniuersali sunt alij fines/ in quibus principia substantie quiescunt/ quando attingunt hoc quare sunt: sicut bonitas/ magnitudo ⁊c̃. que quietem habent: quando constituta est substantia: et substantia quãdo constitutus est angelus: aut corpus primum sequendo ordinem nature: ac etiã extra ordinem: vt in artificialibus: sicut principia ferri: que habẽt quietem in suo fine: qui est sub fine hominis: quoniã si homo nõ esset: principia illa finẽ non haberent: ⁊ ipse finis est generalis: in quo relucent ⁊ apparent fines speciales ꝑm processum artis sue. Emanatiões sunt perfectio/ effectus/ extremitas/ posterius/ vltimum/ quies/ status/ complementum/ adeptio ⁊c̃. Et dicitur finis complementum rei: et reducuntur ad ipsam omnes status perfecti: vt esse beatum/ felicem/ et gradus indiuiduales/ intentiones prime. Ad finem priuationis reducuntur omnes priuationes tam naturales/ ꝙ morales/ ⁊ artificiales. De fine datur regula: ꝙ semper concludatur affirmatiue per posterius vltimum et terminationem: vt omne posterius arguit prius ⁊ vltimum primum/ terminatio principium/ et medium/ et omne existens esse/ et omne esse essentiam/ essentia naturam/ natura quiditatem/ et quicquid est persona id est suppositum indiuiduũ/ et singulare: et omnis finis propter se melior/ potentior fine propter aliud: nam summus finis est deus: quem omnes fines appetunt. ¶ Est maiorítas substantialis et accidentalis: substantialis est/ vt possit esse imago immensitatis/ magnitudinis: cum sit ratio naturalis/ ꝙ in parte naturali reperiatur plus de similitudine ꝙ̃ in parte accidentali: quoniam substantia maior est quocunq; accidẽte (vt probatum est in tertia figura) et maiorítas substantialis et accidentalis/ prout vniuersalis transmittit similitudinem suam in partes: quarum quedam sunt maiores alijs: et hoc ꝑm capacitatem recipientium. vnde Aristote. iij. de anima. Quicquid recipitur/ ad modum recipientis recipitur: et sic particulares maiorítates relucent in vniuersali: cuius emanationes sunt superiorítas/ sublimitas/ eminentia/ supereminẽtia/ transcendentia/ excellentia/ superexcellẽtia/ dominium/ regnum magis perfectum/ ⁊ magis plenum: magis sufficiẽs ⁊c̃. Et dicitur maiorítas quasi maior superiorítas: et reducuntur ad ipsam oẽs gradus dignitatis: vt esse dñm/ regem ⁊c̃. et omnia que dicunt excessum magnitudinis: vt summus/ maximus: et omnes gradus comparatiui/ et superlatiui: et de ipsa maiorítate datur regula/ ꝙ semper concludatur affirmatiue per superius/ dignius/ et perfectius: negatiue vo per contrarium. vt omnis maiorítas maior/ et nobilior est minorítate: nulla minorítas nobilior est maiorítate/ patet: quia maiorítas dicit superiorítatem: minorítas vo inferiorítatem: et quia maiorítas/ equalitas/ et minorítas relatiue se habent/ eadem est disciplina.

De fine ⁊ eius synonimis ac regula.

De maiorítate et eius synonimis ac regula.

Est tamen

¶Est tamen equalitas substantialis / in qua sunt sustentate equalitates accidentales :et in qua finis concordantie/bonitatis/magnitudinis ꝛc.quiescit:hac ratione bonitas / magnitudo ꝛc.se habent substantialiter ad essendum partes equales substãtie:hec equalitas in substantia existens transmittit similitudinẽ suã in operationibus ad extra:sicut homo qui sub ratione bonitatis/magnitudinis ꝛc.agit aliquod opus equaliter bonum:et magnum substantialiter: ꝛ accidentaliter/substantialiter sicut homo!/ qui equaliter generat hominem bonuꝫ ꝛ magnum:accidentaliter sicut medicus/qui medicinam gradat:et de equalibꝫ gradibus quãtitatiue /et proportionabiliter:quãtitatiue/quãdo partes sunt in equali quantitate secundum pondus proportionabiliter:sicut gradare in decoctione primum gradum frigiditatis cum secundo gradu humiditatis ꝛc.emanationes sunt iusticia /equitas/pꝛoportio/commensuratio/paritas/mẽsuratio quiditatiua /mensura ponderatiua ꝛc.et dicitur equalitas/quasi equa entitas: et omnia que ad concordantiam reducuntur / ad equalitatem reduci possunt: nam idem est iudicium .Dicitur in arte/ꝙ minoritas est ens circa nihil:quia nõ est aliquid quod/sit ita proprie nihil sicut minoritas :quoniam si esse posset: minoritas non esset id quod est: etiam maioritas perderet esse suum:et hoc idem seqꝛet suo modo de equalitate q̃ stat inter maioritatẽ ꝛ minoritatẽ.¶Item/nõ esse esset aliqd : qõ est impossibile :minoritas est pars substãtie :in qua substẽtãtur omnes minoritates aliorum principiorum:et per quam partes substantie se habẽt ad non esse :sicut simplex bonitas/in qua est ita magna minoritas/qõ per seipsam esse nõ potest:nec stare hoc quod est:sed oportet ꝙ sustẽtetur in illis partibus substantie :et quod sit in illis:ꝛ per illas:et quãdo partes ille deficiunt bonitati/deuenit bonitas in priuationem per viã bonitatis/que cũ minoritate habet concordantiam:in hac minoritate generali attingit veritas minoritatũ spãlium discurrendo per omnia obiectiue :et subiectiue: eius emanationes sunt infinitas/inferioritas/ paruitas/egentia/indigentia/miseria/seruitus/inopia/subijcibilitas /obligatio/defectus/ infirmitas/fragilitas / inutilitas/imperfectum /mobile/ vacuum insufficiens/ꝛc. Et dicitur minoritas quasi minoꝛ entitas:et ad ipsam reducuntur oẽs gradus inferioꝛes:vt esse vassaluꝫ scutiferum/seruuꝫ/et omnia priuatiua/ et oĩa que dicunt cadentiaꝫ magnitudinis:vt penuria/paupertas:et omnes gradus positiui/cõparatiui/ꝛ superlatiui/ cum detrimento:vt neq̃/nequioꝛ/nequissimus:et omnes actus ĩ nihil tẽdentes. et hec sufficiant.

De equalitate et eius synonimis ac regula.

De minoritate ꝛ eius synonimis ac regula.

IAm sic rimatis et exquisitis/reuertamur vnde digressi sum⁹. Est enim homo q̃ est omnia participans naturam omniũ creaturaruꝫ deducibilis per principia et regulas secunduꝫ eius capacitatem:nã habita noticia eius/facile haberi potest noticia omniuꝫ creaturarum/quam eminẽter in se continet:tamẽ perfectioꝛi modo sine aliqua cõparatione deus benedictus:et vt punctum attingamus quem querimus/vtrũq; scilicet deũ et boĩem deducemus per principia predicta et regulas:vt in esse vnito perfectam habeamus noticiam omnium :nã ¶ regula est quedam vtilis ordinatio ex necessarijs principijs procedens/tanq̃ via

De natura mixta ex coꝛporali et spũali/q̃ natura humana dicta est.

compendiosa seu medium veniendi ad finem: et ꝫ multe sint regule: tamen ad ꝓ sens tantum decem ponimus: quas doctor noster in quarta parte tractat: sunt ergo deus et homo deducibiles per predictas regulas: sed anteq̄ ad talem deductionem deueniamus/ videndum est quot sunt regule: et quid vnaquęq; in se sit: sunt enim decem regule regulantes intellectum ad debite respondendum: videlicet vtrum/ quid/ de quo/ quare/ quantum/ quale/ quando/ vbi/ quomodo/ et cum quo/ prima in ordine tractandi est vtrum: et sue species sunt dubitatio: que tanq̄ genus ponitur: et affirmatio/ et negatio/ quibus determinatur dubitatio secundum iudicium repertum in arte. ¶ Pro cuius euidentia est notandum quod si preponatur questio sub tali interrogatiuo: videlicet vtrum: vel an/ artista debet facere quatuor/ aut quinq; per ordinem. ¶ Primo debet attendere circa sensum questionis. Secūdo circa intentum querentis: an inuestigatiue/ aut tentatiue querat. Tertio debet supponere vtrāq; partē esse possibilē sub disiunctione. Quarto debet recurrere ad loca huius artis: in quibus explicata est talis questio. Quinto et vltimo debet ad questionem respondere secundum iudicium repertum in arte: et hec questio non dicitur ostensiua veritatis: sed inquisitiua veritatis: nec querit de aliquo sensibili sub tali ratione: quia tunc nō indigeret intellectu: sed sensu secundum sententiam Aristotelis. nam qui querit an nix sit alba: non indiget intellectu/ sed sensu: ⁊ relinquere sensum et quere rationem est debilitatis ītellectus: nec etiam querit de aliquo credibili sub tali ratione: vt simplices/ qui scōm Aristotelem a longe speculantur/ nō debent querere sub dubitatione illa que fidei sunt: sed debent facere vt cecus/ qui nō videt solem: sed credit videntibus/ qui constituti in ecclesia esse debent: ad quos scribit beatus ¶ Petrus in sua canonica dicens. Estote semper parati ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea re/ que in vobis est spe et fide: nec etiā questiones facti debent queri per hanc regulam: nam quis probabit ¶ Moysen recepisse a deo legem in monte Sinay: nisi credatur libris hebreorum? vel Justinianum condidisse leges ⁊c. nisi credatur historijs? inquantum talis questio est intelligibilis his quibus preponitur: et etiam interrogantibus admittenda est: aliter vero non. ¶ Item/ artista huius artis non debet captiuare intellectum aliqua opinione: sed vnunquodq; per artem enucleare/ et probare secundum eius processum: que necessaria et verissima est: vt si queratur/ vtrum deus sit? respondēdum est affirmatiue iuxta processum prime figure: ⁊ vtrum homo sit visibilis? ⁊ sic de alijs: vnde duo sunt actus intellectus: videlicet credere: et intelligere: et in generando scientiam intellectus primo credit/ vt finaliter intelligat: et sit successiuus in sua operatione: et talis actus non est sibi proprius: sed intelligere: ideo in tali actu credendi generantur fallacie: et per consequens opiniones: per actum vero intellectus generatur scientia: que est noticia habita de conclusione per premissas: ideo secundum istos duos actus triplex est syllogismus demonstratiuus/ videlicet dialeticus/ siue opinatiuus: et sophisticus. Demonstratiuus est secundum quem in habendo ipsum scimus: nam scire est rem per causam demonstrare seu cognoscere. ¶ Unde est notandum/ q; triplex est demōstratio: videlicet quia/ propter quid/ et per equiparantiam. ¶ Demonstratio

Debis q̄ artista cōsidera re debet ante q̄ ad questionem respondeat.

Quomodo generant opiniones et fallacie. ꝫ tripli ci demonstratione.

quia eſt quando demonſtratur cauſa per effectum: vt creatura eſt: ergo & creator: album eſt: ergo albedo: et talis eſt dialetica demonſtratio. ¶ Propter quid eſt quãdo effectus demonſtratur per ſuam cauſam: et id quod demonſtratur/eſt neceſſarium. ex primo poſteriorum. vnde Ariſtoteles in eodem. ſcientiaꝫ demonſtratiuam neceſſe eſt eſſe ex veris/et primis/ et immediatis prioribus et notioribus cauſis concluſionis. Et principium demonſtrationis eſt propoſitio immediata: qua non eſt alia prior: et in tali demonſtratione media ſunt in eodem genere cum extremis/ex vndecimo Metaphyſices. et primo Poſteriorum/ ex eodem genere oportet vltima & media eſſe: vt patet in iſto ſyllogiſmo: omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia: in iſto ſyllogiſmo due premiſſe demonſtrant id quod eſt in concluſione: et illud vocatur ſcientia proprie dicta. ¶ Eſt alia demonſtratio/que eſt potiſſima omnium aliarum: ex eo/quia altiſſima demonſtrãtur per eam: vt ſunt articuli fidei: et talis dicitur demõſtratio per equiparantiam: et eſt quando equale minus notum demonſtratur per equale magis notum: vt patet per totaꝫ primam figuram. ¶ His habitis/datur modus reſpondendi ad predictam queſtionem de vtrum: nã illud de quo eſt queſtio: vel ſe tenet cum eſſe/et perfectione/aut cum non eſſe et imperfectione: ſi cum eſſe et perfectione/ talis dubitatio affirmatione eſt determinanda: ſi vero cum non eſſe et imperfectione/ determinanda eſt negatione: et ſic omne eſſe eſt affirmandum: omne non eſſe negandum: et omne perfectum eſt affirmandum: omnisq; defectus negandus: vt in noſtro propoſito: vtrum deus ſit. et vtrum homo ſit viſibilis. ¶ Quo ad primam queſtionẽ dicit q; ſic: vt probatum eſt ſuperius: nam bonum eſt ipſum eſſe et malum non eſſe: et poſito ipſo/omnia alia in eſſe poni poſſunt: et remoto/remouentur omnia: ideo neceſſarium eſt ipſum/non ſolum neceſſitate actus: quia eſt/ſed et neceſſitate ſubiecti: q; aliter eſſe non poteſt: de homine non eſt dubium: quia ſenſui ſe offert: q; q; hoc videatur: tamen non eſt verũ abſolute: cuiꝫ obiectũ viſus ſit color proprie: iam homo abſolute non videtur/ put ab omni poſteriori abſoluitur: ſed bene per accidẽs: prout accidentia ducũt nos in noticiam eius vnde Ariſtoteles primo de anima. accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum qõ quid eſt. Et ſic poſſunt cauſari paralogiſmi/ſeu fallacie: et deceptiones/ credendo id eſſe verum quod eſt falſum: et econtrario. Et dabimus exemplum per omnes ſpecies regularum. eſt enim paralogiſmus apparens ſyllogiſm⁹: eo q; ſophiſta vtit ſcẽarijs reb⁹ et ex naturã ꝯſideratis: artiſta vo veris cõditionib⁹ primitiuis et naturalibus: ideo facile cognoſcere poteſt oẽs fallacias/ que ſunt contra veritatem: vt patet in ſequẽtib⁹: et primo/p primã ſpeciẽ de vtrũ/que verſat circa poſſibile et impoſſibile paralogiſat ſic/ credendo vtrã q; partẽ cõtradictiõis eſſe poſſibilẽ. nullũ dubiũ eſt affirmabile: quoddã dubiũ ẽ affirmabile/ g; ꝺddã dubiũ ẽ affirmabile: nõ ẽ affirmabile: maior ẽ duplex: eo q; ex ſenſib⁹ rijs ꝯſtat: nã nullũ dubiũ/ iquãtũ dubiũ ẽ affirmabile/eo q; dubiũ eſt nõ eſt de genere affirmatiõis/alio modo eſt affirmabile ꝓpter hoc/quia dubiũ eſt actu: cum quicquid eſt actu ſit affirmabile: minor ſimpliciter eſt vera: eo quia

De queſtionibus et regulis artis & primo de vtruꝫ.

De modo paralogiſandi p omnes regulas huius artis & primo per vtrum.

ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ℣er secundam speciem nulla affirmatio est negabilis:quedam affirmatio est negabilis:ergo quedam affirmatio est negabilis ꝛ non est negabilis:maior est dupler:eo qꝛ habet duos sensus contrarios:sed ꝙ affirmatio inquantum affirmatio non est negabilis: eo quia inquantum huiusmodi non est de genere negationis: sed inquantuꝫ affirmat falsum est negabilis:sicut si dicatur:homo est lapis/maior simpliciter est vera:eo quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ℣er tertiaꝫ speciem nulla negatio est affirmabilis:quedam negatio est affirmabilis:ergo quedam negatio est affirmabilis/ ꝛ non est affirmabilis: maior est dupler: eo quia primo modo negatio inquantum negatio non est affirmabilis:quia in quantum huiusmodi non est de genere affirmationis:sed inquantum negat verum est negabilis:sicut si dicatur.deus non est:minor simpliciter est vera:eo qꝛ ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶Questio de quid querit de duplici quiditate intrinseca ꝛ extrinseca siue absoluta/ ꝛ respectiua:ꝛ secũdum hoc quatuor sunt species eius:vꝫ quid est in se:ꝛ quid habet in se absolute:quid est in alio:ꝛ quid habet in alio respectiue:vt si queratur de deo/quid deꝰ est in se:dicitur quod est illud suprenum bonum / quo maius excogitari non potest. ℣er secundam speciem habet quicquid perfectionis est in se:vꝫ bonitatem suprenam/magnitudinem infinitam/eternitatem ꝛc. ꝛ hoc formaliter ꝛ essentialiter:coessentialr autez bꝫ suas ꝓprietates psonales. ℣er tertiã speciẽ est in alio gubernans/conseruans/glorificans ꝛc. ℣er quartam speciem habet in alio dominium/ꝛ potestatez ꝛc. de homine si queratur quid est i se:dicendũ est ꝙ est animal rationale. ℣er scõam speciem habet in se corpus ꝛ animã. ℣er corpus habet animal/corpus animatum/corpus primum nature in eo specificatuꝫ ꝛ per corpus substantiam/per substantiam bonitatem/magnitudinem ꝛc. ꝛ per animam habet similiter substantiaꝫ ꝛ spiritualitatem. b aut c. ꝛ per substantiam habet bonitatem/magnitudinem ꝛc. ꝛ sic duobus modis est homo discurribilis spiritualiter/ ꝛ corporaliter:sed quia doctor noster discurrit intellectum in arte ꝛ per illa que dicta sunt de eo ꝛ de inclusis formaliter in corpore eius notitia haberi potest:cum noticia totius dependeat a noticia partiuꝫ. ¶Sed pro maiori eius euidentia/quo ad suum esse totale ipsum discurremus:habet ergo formaliter predicta:ꝛ sic sua bonitas est constituta ex duabus bonitatibus:vꝫ corporali ꝛ spirituali:ex duabus magnitudinibus ꝛc. tamen nobilior/perfectior/durabilior/stabilior/potentior/sapientior/desiderabilior/virtuosior/verior/ꝛ gloriosior est anima ꝙ corpus/ ꝛ spirituali bonitate ꝙ corporali:ꝛ ꝙuis eadem sit substantia ex parte corporis ꝛ anime:ꝛ per consequens eadem bonitas /magnitudo ꝛc. absolute tamen quia ratione spiritualitatis maiorificantur contracta ad esse a nume/idcirco predicta verificantur de ipsa. ℣er tertiam speciem quid est homo in alio distinguendum est:vel querit de homine in esse obiectiuo ꝛ specifico:vel de homine in esse subiectiuo ꝛ particulari:si obiectiuo/est in suis particularibus actu/aut potentia precise includens quiditatem/naturam essentiam/ ꝛ esse essentie/ in esse vero subiectiuo et particulari/vt Adam tempore innocentie erat iustus in iusticia et rectitudine eius mentis ad deum/et in generatio

De scõa questiõe p. ℒ. designata ꝛ eius mõ pralogisandi.

ne actiua fuit pater generando ſuum filium Laym ꝛc. ¶Per quartam ſpeciem homo hꝫ in alio quicquid hꝫ in ſe obiectiue/ſubiectiue vero hꝫ dominiū i ſeruo et rex in regno ꝛc. ¶Per primam ſpeciem de quid paralogiſatur. ſic nulla diffinitio ẽ diffinitū: quedã diffinitio eſt diffinitum: ergo quedam diffinitio eſt diffinitū/et non diffinitū: maior eſt dupler: eo qꝛ pꝛio mõ diffinitio inquantū diffinitio nõ eſt diffinitū: qm̃ inquãtū hmõi ſignū eẽt ſignatum: cū diffinitio ſit ſignum diffiniti: ſed inquantum per diffinitionem et diffinitum eadem res impoꝛtatur: vnum eſt reliquum: et ecõtrario/minor ſimpliciter eſt vera: qm̃ ponẽdo ſecũdū ſenſum maioris priuat primū. ¶Per ſcõam ſpeciẽ arguitur ſic. nullum ens habet in ſe ſeipſum: ſed quoddam ens hꝫ in ſe ſeipſum: ergo quoddaꝫ ens hꝫ in ſe ſeipſum: et nõ habet in ſe ſeipſum: maior eſt dupler: quia primo modo intelligitur in creatis: nam habitus et habituatus differunt/ſicut accidens ⁊ ſubiecrũ: ſed ſecundo modo in deo/inquantum deus pater habet in ſeipſo deũ filium: habet in ſeipſo deum per eſſentiam: qui non differt/ſicut habitus ⁊ habituatus: ſed ſicut gignẽs et genitus idem per eſſentiam diuinam exiſtentes: maior ſimpliciter eſt vera: quia concedendo ſecundum modum maioris priuat primum. ¶Per tertiam ſpeciem arguitur ſic. nullum ens eſt in alio hoc quod eſt in ſeipſo: ſed quoddam ens eſt in alio hoc quod eſt in ſeipſo: ergo quoddam ens eſt in alio hoc quod eſt in ſeipſo: et non eſt in alio hoc quod eſt in ſeipſo: maior eſt dupler: quia primo modo intelligitur de creatis/in quibus in ſe/et in alio non ſunt idem: ſed ſecundo modo in deo deus pater eſt in deo filio id quod eſt per eſſentiam in ſeipſo per bonitatem/infinitatem et huiuſmodi. minor ſimpliciter eſt vera: quia concedendo ſecundum modum maioris priuat primum ¶Per quartã ſpeciẽ arguit̃ ſic. nullũ ens habet primo et per ſe in alio hoc quod habet primo et per ſe in ſeipſo: ſed quoddã ens habet primo et per ſe in alio hoc quod habet primo et per ſe in ſeipſo: ergo quoddam ens habet primo et per ſe in alio hoc quod habet primo et per ſe in ſeipſo: et non habet primo et per ſe in alio hoc quod habet primo/et per ſe in ſeipſo: maior eſt dupler: quia primo modo intelligitur in creatis/in quibus eſſentie ſunt diuerſe: et eſſe diuerſa habent: eo quia differunt numero: ſed ſecundo modo in deo deus pater habet primo ⁊ p ſe eſſentiam et eſſe in ſeipſo: et primo et per ſe in filio eandem eſſentiam/idẽ eſſe minor ſimpliciter eſt vera: quia concedendo ſecundum modum maioris priuat primũ. ¶Queſtio de quo querit de materialitate rei/a qua res deriuatur materialiter: et ſic habet tres ſpecies. ¶Per primam ſpeciem queritur de quo eſt ens primitiue? et reſpondendum eſt ſcõm reſpectum quem habet ad ſua inferiora ꝙ de nullo: ſed eſt primum ſubiectum in ſua coordinatione: vt ſi queratur de? de quo eſt primitiue? dicendum eſt ꝙ de nullo: ſed eſt primum ens/a quo effectiue omnia alia habent eſſe: homo etiam primitiue de ſe eſt in eſſe obiectiuo: toẽs particulares homines ab eo habent eſſe. ¶Per ſecundam vero ſpeciem eſt deriuatiue ſecundum reſpectum quem habet ad ſua ſuperiora: a quibus deriuatur nam ipſe eſt de materia prima omnium generabilium et coꝛruptibilium: deus tamen de nullo eſt deriuatiue: quia non de aliqua materia preexiſtenti: cuꝫ ſit infinitus et eternus: homo vero quia finitus/et limitatus eſt de materia ſpecifica

De tertia q̃ſtione p.d. de ſignata et eiꝰ modo paralogiſandi.

et forma compositus: videlicet de corpore / et anima: nam anima adueniens corpori componit hominem: et ipsum sub specie humana reponit / componendo sua principia innata cum principijs innatis corporis: et sic ex duabus naturis composita est vna substantia et natura: videlicet humanitas et suum concretum siue esse / est homo in esse specifico: in singulari vero esse ad quod ordinatur et in quo reatur est hic homo: videlicet sortes vel Plato. ¶ Ex quibus patet ibi esse plures deriuationes essentiales / et cõceptionales: de essentialibus satis ex superioribus patet: de conceptionalibus vero patet ex his que sequũtur. Prima est nature a quiditate. Secũda essentie a natura. Tertia esse ab essentia. Quarta esse singulare ab esse essentie. Quinta est esse existẽtie ab esse singulari: et licet non dicantur proprie deriuationes: ex eo / quia non arguunt materiam: tamen earũ retinẽt modum. Per tertiã speciem queritur / cui⁹ est deus? et dicẽdum est / q̃ suũ ipsius: homo vero est dei: et sortis / aut Platonis. Per primam speciẽ paralogisat sic. nullũ ens est de nihilo: quoddã ens ẽ de nihilo: ergo quoddã ens est de nihilo / ꝛ nõ ẽ de nihilo: maior est duplex: eo quia / ꝑmo modo si intelligatur materialiter est vera: quoniam non esse non est materia entis: sed si intelligatur creatiue / et non materialiter: omne ens est de nihilo: minor simpliciter est vera: qꝛ ponendo secundum sensum maioris priuat primum. Per secundam speciem sic. Nullum bile est de forma: quoddam bile est de forma: ergo quoddam bile est de forma et non de forma: maior est duplex: quia primo intelligitur in creatis / in quibus forma et materia sunt diuerse essentie: sed secundo modo si intelligatur in deo / filius est generabilis a forma patris ab omni materia denudata: minor simpliciter est vera: quia ponendo secundum sensum maioris priuat primũ. Per tertiã speciẽ arguit sic. Null⁹ subditus est de suo dño: q dam subditus est de suo domino: ergo quidam subditus est de suo domino et non de suo domino: maior est duplex: videlicet / quo ad materiam / et quo ad moralitatem: quoniam primo modo seruus non est de essentia domini sui: sed secundo modo est de domino eius: minor simpliciter est vera: quia ponendo secũdum sensum maioris priuat primum.

De questiõe de quare per e. designata ꝛ ei⁹ modo paralogisandi.

¶ Questio de quare habet duas species videlicet quare formaliter: id est per quam rem habet esse: et quare finaliter / id est propter quam rem: vt si queratur de deo per primam speciem quare est: dicitur q̃ non est per aliquam causam effectiue / aut essentialiter: cum ipse sit causa causalissima a nulla causa causata: sed omnia ab ipsa: aliter nõ esset id quod est: videlicet ens infinitum et eternum / sed limitatum. Potest tamen dici q̃ formaliter est bonus / magnus ꝛc. si vero queratur de homine / dicendum est / q̃ ipse effectiue est per deum: et essentialiter habet esse per suas partes essentiales: que sunt corpus et anima: et per secundam speciem si queratur / quare est deus? finaliter dicitur q̃ deus non est propter aliquam rem extrinsecam: vt patet per eius diffinitionem superius assignatam: tñ potest dici / q̃ essentia diuina est / vt fit emanatio proprietatum ab ea: aliter esset ociosa / vacua / et carens fine: et deus pater est vt sit filius: et pater / et filius vt sit spiritus sanctus. De homine autem dicitur q̃ est / vt multiplicet suam speciem vltimate tamen: vt deum intelligat: et amet: et quia anima est superior pars hominis: quo ad nobilitatem /

virtutem/ꝛc.agit homo ſecundum talem potentiam in inferioribus/gubernã-
do illa ꝛ mouendo ad finem quare ſunt: ꝛ durat ipſa anima durante humido
radicali(de quo inferius dicetur)ſed quia humidum nutrimentale ſibi deficit:
ex eo/ quia eſt in continuo motu influendo et refluendo per contrarias quali-
tates paulatim diminuitur/ ꝛ conſumitur: ꝛ ſic deficiente humido nutrimenta
li deficit humidum radicale/ex quo anima viuit/ ſeu conſeruatur: ꝛ ſic deficien
te tali humido radicali/ recedit anima: ex eo quia non habet ſubiectum diſ-
poſitum/quo poſſit eſſe coniuncta: ideo finaliter oportet/ ꝙ querat alium fi-
nem: et quando recedit/ portat ſecum ſpecies/quas in via acquiſiuit: quibus
cognoſcat finem iudicium ſibi datum: veniam/et huiuſmodi: et ſic plures ſunt
fines hominis ſubordinati. Ultimus tamen eſt intelligere: et amare deum pro
pter quem creata ſunt: et ſic mediante homine finem in Chriſto attingunt: vt i
ferius dicetur. ¶ Per primam ſpeciem de quare paralogiſatur ſic. Nullum
quare eſt propter finem: ſed quoddam quare eſt propter finem: ergo quoddaꝫ
quare eſt propter finem et non propter finem/maior eſt duplex: quia vno modo
in creatis quod eſt forma non eſt terminus ad quem: ſed ſecundo modo in deo
non eſt ſic: quia deus pater eſt forma a qua: et eſt pater/vt ſit filius ab ipſo geni-
tus: minor ſimpliciter eſt vera: quia ponendo ſecundum ſenſum maioris pri-
uat primum. ¶ Per ſecundam ſpeciem ſic. Nullus finis eſt propter quare: ſed
quidam finis eſt propter quare: ergo quidam finis eſt propter quare: et non eſt
propter quare. maior eſt duplex: quia in creatis finis non eſt de eſſentia forme:
ſed in deo non eſt ſic: quoniam in ipſo finis et forma ſunt eadem eſſentia ab
omni materia diſparata: minor ſimpliciter eſt vera: quia ponendo ſecundum
ſenſum maioris priuat primum. ¶ Quantum eſt queſtio querens de dupli-
ci quantitate: continua videlicet/et diſcreta. continuum ſecundum Ariſtote-
lem in predicamentis: eſt cuius partes copulantur ad vnum terminum com-
munem: diſcretum vero eſt cuius partes non copulantur ad vnum terminum
communem: tunc ſi queratur vtrum deus ſit quantus tali quãtitate cõtinua:
et dicitur ꝙ non: ex eo/ quia non habet partes/ quoniam ſi haberet partes:
iam eſſet finitus et limitatus per ſuas partes: homo vero qui ex pluribus par
tibus conſtat/eſt quantus tali quantitate cõtinua/ ac etiam et diſcreta: ex eo
quia diſcreta cauſatur ex diuiſione continui: ſecundum mentẽ peripatheticorũ
tamen tunc non erunt due ſpecies immediate quantitatis: ſi vna dependeat ab
altera: nec per conſequens oppoſite: eſt ergo homo quantus tali quantita-
te/videlicet continua/inquãtum ſua eſſentia pluribus eſſentijs copulatur: et
quia participat naturam omnium rerum corporalium/et ſpiritualium: iccir-
ca ſua eſſentia eſt magis extenſa/quam aliqua alia eſſentia creata: et ratio hu-
ius eſt: nam homo maiores perfectiones in ſe continet: dato ꝙ peccatum non
haberet: ex eo/quia ſecundum Auguſtinũ in de ciuitate dei/angeli ꝛ anime ſunt
equales natura: ꝛcũ hõ vltra icludat elemẽtatiuã/vegetatiuã/ſenſitiuã/ et imagi
natiuã/q̃ pfectiões ſunt: ergo ꝛc. ſi dicas ꝙ natura angelica itenſiue illas cõtinet
cũ portio ſuperior ꝛtineat inferiorẽ: verũ eſt: tñ dato ꝙ aia ꝛ ãgel⁹ ſint eq̃lis pfectio
nis/ſemp hõ maior erit i pfectiõe ãgelo: ẽ tñ vex/ꝙ rõne peti ꝑmi parẽtis ãgelica

De queſtiõe de quanto p f. deſignata ꝛ ei⁹ modo pa ralogiſandi.

natura est magis communiter intensa. ℙ Per tertiam speciez est vnus in esse obiectiuo vnitate specifica/ꝛ plures per accidens subiectiue: iuxta illud ℙ Porphirij in suis vniuersalibus. participatione speciei plures homines sunt vnus homo: deus est trinus in personis/ꝛ vnus in essentia: tamen talis quantitas non est accidentalis: cum nullum accidens sit in deo: sed est substantialis. ℙ Per primam speciem paralogisaꝛ sic. nullum quantum continuum est compositum: qꝺ dam quantum continuum est compositum: ergo quoddam quantum continuum est compositum/ꝛ non compositum: maioꝛ est duplex: quoniam in creatis simplex intensum continuum non habet/ex quo sit compositum: sed respectu prime cause omnia sunt composita: minoꝛ simpliciter est vera: qꝛ ponendo scm̃ sensum maioris priuat primū. ℙ Per scḋam speciem sic. ℕulla quãtitas discreta ẽ quantificabilis: quedam quantitas discreta est quantificabilis: ergo quedã quãtitas discreta est quantificabilis/ꝛ non quantificabilis. maioꝛ est duplex: qꝛqꝺ est in facto esse/ non est in fieri inquantum huiusmodi: sed potest esse iteram in fieri ratione multiplicatiõis compositi/aut numeri: minoꝛ simpliciter est vera: qꝛ ponendo scm̃ sensum maioris priuat primum. ℂ ℚuale est questio/siue regula/querẽs de duplici qualitate: propria vez/ꝛ appropriata. ℂ ℙro cuius euidentia est notandum/ꝙ proprietas propria est in duplici differentia: quedam est substantialis:ꝛ quedam accidentalis. ꝓprietas substantialis identificatur realiter cum eo/cuius est proprietas: qꝺ probatur sic. oẽ prescindens a quocunqꝫ posteri ei identificatur realiter cum omni incluso in eo: sed homo inquantum homo est prescindens a quocũqꝫ posteriori: ergo in tali esse identificatur realiter cum omni incluso in eo: sed risibilitas que proprietas est includitur in homine: ergo identificatur cum ipso realiter: maioꝛ prime consequentie est nota de se: ꝛ minoꝛ manifestatur per illam dictionem reduplicatiuam inquantũ: que soluz ponit illa que sunt de esse rei. ℂ ℚuo ad secundã consequentiam etiam patet: nam homo inquantum homo habet potentiam ad actum ridendi: aliter non posset peruenire ad ipsum actum: nec deus posset ei dare/si non esset capax illius proprietatis ꝛ eius receptionis in tali esse. ℍst alia proprietas extrinseca: que est de genere accidentis: ꝛ nil aliud est/ꝙ similitudo proprietatis substantialis: prout ordinatur exteriꝰ: nam quando homo est in proxima dispositione: ꝛ ordinatur actu ad actum ridendi: tunc fundatur in proprietate substantiali quedam aptitudo accidentalis: que est posterioꝛ apto nato/ꝛ talis est de genere accidentis: ꝛ habet pro termino actum ridendi ad extra: ꝛ talis non modo distinguitur (vt volunt thomiste) realiter a subiecto: sed etiam essentialiter genere subalterno: ꝛ se totis subiectiue. substantialis vero ꝛ intrinseca formaliter/secundus scotistas. ℚualitas vero appropriata siue cõmunis/est que pluribus cõuenit: vt albedo/nigredo/siccitas/que propria est terre appropriatur igni: ꝛ caliditas ignis aeri: ꝛ humiditas aeris aque/ꝛ frigiditas aque terre: ꝛc. in deo est proprietas substantialis: nã ḋcunqꝫ sunt in deo cũ designatiõe infinitatis/imẽsitatis ꝛ deitatis sunt ei propria/substantialiter tamen ꝛ ad intra paternitas est propria patri/ꝛ filiatio filio: spiratio vero passiua spiritui sancto. ℂ ℙ Per primam speciem paralogisatur sic. nulla propria actio est propria passio: sed quedaz propria

De q̃stiõe de qualip. ℌ. de signata ꝛ eiꝰ mõ. palogisandi.

actio est propria passio:ergo quedam propria actio est propria passio ⁊ non propria passio.maior est dupler:quia in creaturis actio ⁊ passio essentie sunt diuerse/ratione diuersitatis forme ⁊ materie:sed in deo actio ⁊ passio in essentia non diuersificantur: eo quia ab omni materia sunt disperse:licet sit distinctio personarum:eo quia relatiue se habent.minor simpliciter est vera:quia ponendo se cũdiũ sensum maioris priuat primũ. ℙer secundã speciez sic. ℕulla propria qualitas est qualitas appropriata:sed quedam propria qualitas est qualitas appropriata:ergo quedam propria qualitas est ꝓpria ⁊ appropriata.maior est dupler:quia proprium non potest esse appropriatum:nec cõtrario respectu eiusdẽ ⁊ si sic/destrueretur numerus:quod est impossibile:veruntamen qualitas que est propria qualitas ignis/est qualitas appropriata aeri:eo quia non differunt specie.minor simpliciter est vera:eo quia ponendo ꝑm sensuꝫ maioris priuat primũ

De q̃stiõe de q̃ p. ℙ. designata ⁊ eius mõ palogisandi.

ℚuestio siue regula de quando querit de duratione rei secundum eius permanentiã:⁊ est triplex/videlicet eterna/euiterna/⁊ temporalis.ad habendam perfectam noticiam durationis cuiuslibet rei recurrendum est ad regulas:vcz.c.d.k.⁊ per species earundem discurrere illud de quo est questio:qua duratione mẽsuretur:⁊ secundum iudicium repertum in eis respondere debet ad questionem: nam si queratur de deo quando est:videndum est primo quid sit:et de quo est:⁊ quomodo est:⁊ cum quo est:sed quia ipse est ens immensum(vt probatum est in prima figura)quo maius excogitari non potest:ergo eternum:⁊ sua duratio est interminabilis vite tota simul existens perfecta possessio:⁊ sic amplectitur omnem durationem in se:⁊ sic totum tempus primi mobilis non est nisi instans: (vt ita loquar)in eternitate:sic deus est in qualibet differẽtia durationis/in quolibet momento:⁊ instanti temporis:⁊ extra non tanq̃ ens comprehensum: sed tanq̃ ens comprehendens.Euiterna duratione mensurantur omnes effectus immediati prime cause:videlicet angeli/anime/corpora celestia/quatuor elementa/vegetatiua:sensitiua/⁊ imaginatiua/homo vero licet perpetue esset durationis:quia deus creauit ipsum ad vitam⁊/ non ad mortem:tamen propter peccatum primi parentis mors orta est in eo:⁊ licet separatio anime a corpore sit violenta:aliquando tamen terminabit:cum nullum violentum sit perpetuum:presertim cum anima dicta sit ab animando:quod sibi perpetuo competit:ideo frustrari a tali proprietate non potest.vnde habetur in Apocalypsi.Vidi in altari dei animas interfectorum clamantium/domine vendica corpus nostruꝫ/seu sanguinem qui expersus est supra terram. textus habet vindica /sed illud non videtur rationi consonum:quia anime beate non querunt vindictam:sed se conformant cum voluntate diuina:sed debet ibi esse vendica/ideſt da corpus nostrum:⁊ manifestatur ex responsione:nam responsum fuit eis/q̃ expectarent ad huc modicum:⁊ ei daretur dupler stola/vna ratione corporis:alia ratione anime:ideo talis clamor est anime naturalis/in quantum appetit suum corpus actu informare:quod habitudinaliter informat:⁊ sic homo interior non moritur/vñ nõ dicim⁹/aia ℙetri ora ꝓ nobis:sed sancte ℙetre:qõ minime dici posset/si ipse non exerceret suas operationes cuꝫ habitu ⁊ inclinatione ad corpus: et probari potest resurrectionem hominum esse futuram:vt inferius patebit

Temporali duratione mensurantur omnia generabilia/ꝛ corruptibilia:ꝛ causatur a primo mobili mensurante motum secundum prius ꝛ posterius cuiuslibet rei mote per agentia naturalia:ꝛ sic diffinit ab Aristotele tertio phyſicorũ. Tempus est mora motus rerum inutabilium secundum prius ꝛ posterius. ℙ Per primam speciem regule de quando paralogisatur sic. Nulla essentia temporis est successiua:sed quedam essentia temporis est successiua:ergo quedam essentia temporis est successiua ꝛ non successiua:maior est dupler:quoniam non est successiua quo ad suum numerum:videlicet quo ad suum esse: sed est successiua quo ad subiectum/in quo subiecto multiplicantur hore/dies/ꝛ huiusmodi/ causa motus subiecti.minor simpliciter est vera:qꝛ ponendo scõm sensum maioris priuat primum. ℙ Per secundam speciem sic. Nulla successio est instantanea:sed quedaꝫ successio est instantanea:ergo quedam successio est instantanea ꝛ non instantanea:maior est dupler:quoniam instantaneitas/ꝛ successio differunt specie:sed est instantanea per hoc/quia est in suo numero suum esse in sua essentia permanens:minor simpliciter est vera:quoniam ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶ Questio siue regula de vbi querit de localitate rei: et quia tripler est localitas:videlicet immensiua/diffinitiua/ꝛ circũscriptiua/gratia huius vnumquodqꝫ discurribile est per regulas c d k.ꝛ per earum species/ꝛ secundum iudicium repertum in eis respondendum est ad questionem de vbi: vt si queratur vbi est deus:videndum est primo quid sit deus secundus quatuor species,de quid:inde de quo est secundum tres species/de quo/demum /quomodo ꝛ cum quo est/secundum octo earum species:quo facto/respondeat ad questionem:/videlicet quod deus est vbiqꝫ:ex eo/quia est ens immmensum/ quo maius excogitari non potest:ꝛ est interior rei ipsa re(teste Augustino)ꝛ sic est in quolibet puncto indiuisibili/non tanꝯ ens comprehensum a loco:sed tanꝯ ens comprehendẽs locũ/ꝛ omnia que in rerum natura sunt:ꝛ hoc ostendit sua immensitas. Angelus vero est in loco diffinitiue:quia non est vbiqꝫ/quemadmodũ deꝰ: sed suis terminis finit ꝛ terminatur. Vbi enim operatur/ibi est:naꝫ si est in oriẽte non est in occidente. Homo vero qui corporalis est:est circunscriptiue in loco: ꝛ talis locus est habitudo locantis ad rem locatam/videlicet ad hominem locatum. ℙ Per primam speciem de vbi paralogisatur sic. Nullus locus est collocatus:sed quidam locus est collocatus:ergo quidam locus est collocatus:ꝛ non collocatus:maior est dupler:quia locus ꝛ locatus differunt/sicut accidens ꝛ substantia:que est suum subiectum/in quo:sed locus qui est pars coessentialis corporis ꝛ collocatus in ipso corpore/sicut pars in suo toto:minor simpliciter est vera:quoniam ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ℙ Per secundam speciem arguitur sic.nullus locus est extra motum: sed quidam locus est extra motum:ergo quidam locus est extra motum ꝛ non extra motum / maior est dupler:quia locus idest genus ꝛ motus vt genus sunt partes generales totius vniuersi/quarum vna pars est in alia:vt totum chaos fit vnum quantum continuum :veruntamen locus in quo chaos est collocatus est extra motum:eo quia chaos non mouet per lineas rectas diametrales. minor simpliciter est vera :quia ponendo secundum sensum maioris priuat primum. ¶ Questio siue re

De q̃stiõe de vbi p. J. designata ꝛ eius mõ palogisandi.

De q̃stiõe d̃ q̃ mõ p. K. designata ꝛ eius mõ palogisandi.

si perfectus (vt scriptum est) Estote perfecti sicut pater ⁊c. hic per omnia similis deo est: si nō recedat a Christo: ꝑm quod scriptū est. Tu es sacerdos in eternū ⁊c. hic in carne ambulat/ non ꝑm carnem militat: hic non vult esse nisi cum Jesu: hic neminem damnat: hic pre cunctis patitur: hic saluat vniuersos. hec ille. vnde sicut in homine continentur omnes creature: sic ⁊ in summo pontifice oēs alij dignitatis gradus inferiores/ ⁊ cū oibus habet cōuenientiā: cū laico/ qz primo fuit laicus: ⁊ sic reducit oīa ad deū in sacramēto eucharistie: ⁊ oīa ibi cōiungit: et sicut potestas liberi arbitrij ex natura sua est supra alias potestates naturales: ita potestas summi pōtificis ex natura sua ꝓpria est supra oēs alias potestates spūales/ ⁊ tpales: ⁊ sicut est vn⁹ prim⁹ homo sol⁹: quē de⁹ fecit p manus suas: et p illū fecit/ ⁊ multiplicauit alios homes in natura: ita sīr nō est nisi vnus primus sacerdos/ quē deus primo fecit p manus suas: ⁊ p illū fecit/ ⁊ multiplicauit oēs alios homīes sacerdotes: ⁊ ille homo est xp̄s/ qui est solus ⁊ verus sacerdos/ qui immediate est cōiūctus deitati: q̄uis aūt Christ⁹ ordīauerit/ ⁊ cōstituerit plures sacerdotes immediate per seipsum: attū debuit cōstituere vnū sacerdotē vicariū suū/ qui haberet preeminētiā/ ⁊ excellētiā sup alios: et sibi dare oēm potestatem et facultatē necessariā/ quā ipsemet xp̄s in regēdis/ gubernandisq; hoibus necessariā cerneret ad salutem: aliter principalitas non esset vna/ nec ordinata/ nec posita in vnione: sed in pluralitate/ ⁊ diuisione: ⁊ p consequēs in debilitate: ⁊ nō in fortitudine: qz vnitas est causa oīs fortitudinis/ ⁊ diuisio debilitatis: ergo necesse est vt sit vnus summus pontifex/ qui sit caput omnium/ et princeps/ et sit loco Christi: postq̄ Christus debuit ascēdere in celū: habet ergo vicari⁹ Christi in se potestatē sacerdotalē/ ⁊ cōferēdi sacramentū, ordinis vniuersaliter: ⁊ ordinādi quos voluerit: et vniuersalē potestatē iudicandi/ et absoluendi super oēs christianos indistincte: ⁊ in eo est radicata ⁊ plantata: et ipse pōt distribuere omnes christianos per plures partes/ ⁊ dare alīs sacerdotibus ab ipso ordinatis certam portionē christianoꝝ: in qua quilibet sacerdos suam exerceat partem: ⁊ talis potestas dicitur iurisditionis: et sic in summo pontifice est duplex potestas: videlz ordinis/ et iurisditionis. Prima immediate descendit a christo. Secūda vō primo a Christo: et datur suo vicario: et vicarius distribuit illam quibus vult: ex eo/ quia non potest esse vbiq;: et recipientes vocantur episcopi: qui sunt immediate supra sacerdotes simplicem potestatem habētes: ⁊ habent potestatem iurisditionis/ potestatem administrandi sacramentū ordinis/ ⁊ ordinādi alios sacerdotes: et necessarīō sunt sacerdotes simplices/ qui immediate administrent alia sacramēta: et sic sunt tres sacerdotes/ scz simplex sacerdos/ magn⁹/ et summ⁹: ita q̄ simplex recipit a magno sacramētum ordinis/ et partem iurisditionis sue: et immediate respicit populum christianum: cui administrat sacramenta: et sic est superior/ q̄ pars laicalis: et qz potestas per excellentiā quāto magis descēdit/ tāto magis dilatatur: ⁊ quāto magis ascēdit/ tanto magis vnitur: sicut in ordine nature: seu in essentialiter ordinatis: ideo plures sunt epi/ et pauciores archiepi/ paucissimi patriarche/ et vnicus papa: qui est fons/ origo/ et regula omnium principū christianoꝝ/ et de iure totius mūdi: et sic patet quomō pars clericalis eleuatur supra laicalē: nā p solā tōsurā aliqs est honorādus/ quāto pl⁹ summ⁹ pōtifex/ p quē xp̄s

De duplici potestate sūmi pōtificis.

tenet totā

tenet totā Xpistianitatē sibi copulatā/colligatā/ꝛvnitā:pars ergo laicalis sub ordinatur parti clericali :vt pars recipiens parti dantī:et sic dans est nobilior: ꝛ iste due partes faciunt vnam ecclesiam/et vnum corpus: et sicut ex corpore et anima fit vnus homo:ita ex his duabus partibus vna ecclesia :et sicut se habet anima ad corpus/cui influit vitam corporalem : sic pars clericalis parti laicali influit vitam spiritualem:et sicut anima est ordinata per suas potentias et potestates :sic et corpus est ordinatū per sua membra ꝛ organa visibilia: et sicut pars clericalis est ordinata pulcherrime per hierarchias/ꝛgradus perfectionales/ita debet esse suo modo ꝛ laicalis per potestatem corporalem:et temporalem :dupler est vita:videlicet celestis/et terrena : hoc est qua corpus viuit ex anima :et alia qua anima viuit ex deo:et sicut corpus est propter animam : et ad illam ordinatur:ita potestas terrena est propter spiritualem:ꝛad illam ordinatur:et sicut corpus habet esse subiectum anime:ita terrena potestas debet esse subiecta spirituali:et sic sunt tres ordines mirabiles: videlicet ordo rerum naturalium creaturarum ad hominem:pars laicalis /et temporalis ad spiritualem/et quanto homo excedit omnes creaturas /quo ad earum ordinem: tanto potestas spiritualis potestatem temporalem:et populus populum:et homo hominem:et sic mirabilis est mundus propter mirabilem ordinem ad vnum; qō caput et regula omniū est:dicitur autem caput sub cuius dispositione cetera mēbra manere debent:est aūt papa caput accidentale/et essentiale Xpist⁹ bñ dictus:in quo et propter quem omnia creata sunt:et cui omnis potestas in celo et in terra data est:quā suo vicario secundū eius capacitatem/ virtute illius dicti.qōcūqꝫ ligaueris ꝛc.ascēdēdo i celū delegauit/atqꝫ dedit:vt testat euāgeliū: et sic summus pontifex habet plenam et suprēmam potestatem : quod deduci potest per quartam figuram/aut tabulam sic. nam in primis papa applicari potest ad bonitatem suprēmam in puro viatore secundum dispositionēꝫ prime figure :seruando tamen differentiam inter principalem/qui est Xpistus benedictus/et eius vicarium : qui est ipse papa /seu inter caput essentiale et accidentale:potestas per e.importatur :et formatur camera hoc modo.b c e. deinde arguitur sic.oīs bonitas diffusiua intensiue et extensiue per totum corpus Xpisti mysticū est summe potens : bonitas pape est huiusmodi:aut esse debet: ergo ꝛc. maior manifestatur :quoniam aliter bonitas eius esset defectuosa:quia potestas ei deficeret:ꝛ sic extenderet per totū corpus Xpisti mysticū:ꝛ nō extenderet ob'defectū potestatis:quod est pura cōtradictio:minorē probo :quoniā si bonitas pape non esset diffusiua per totum corpus Xpisti mysticū:tūc Xpistus frustra Petro dixisset ter/amas me:et pasce oues meas:nam omnis bonitas quā to altior et generalior est/ tanto diffusior esse debet :sed bonitas pape est altior ꝛ generalior que dari potest in puro viatore:ergo ꝛc.maior patet :quia in magno homine relucet/seu relucere debet:et ab omnibus videri/et sentiri per consequens debet. ¶Item/omnis differentia quanto maior est/tanto clarior efficitur:sed differentia pape ab omnibus alijs/est maior que dari possit intensiue/ꝛ extēsiue :ergo clarior:sed talis claritas ꝛ bonitas stat cū summa potestate/aliter frustra ꝛ vacua esset(vt probatū est)sequitur ergo de necessitate :qꝫ ipse Papa


De sūma potestate summi pōtificis perquartam figuraꝫ pbata deductaqꝫ

habet plenam et supremam potestatem: maior est nota de se: et minor manifestatur per diffinitionem differentie. ¶Item / omnis concordantia quanto inter obiectum et potentiam maior est: tāto actus simplex et magis propinquus potētiet obiecto est: sed talis esse debet inter caput et eius membra / quibus vnitas ecclesie militantis copulatur: et in tali copulatione minus lumen / qō est papa / a maiori videlz a Christo claritatem / influentiam / et potestatē / immediate recipit / et ad inferiores / et particulares ordine quodam per viam concordantie transmittit: ideo necesse est ad salutem in vnam ecclesiam catholicam credere: et sub eius obedientia concorditer esse: vt dicitur in symbolo: et cum tota ecclesia sit vnum corpus mysticum / cuius singuli sumus membra: vt dicitur prima ad Corinthios. xij. et quia ad vinificationem membrorum in corpore naturali requiritur conformitas ⁊ harmonia membrorum ac vnitas cum capite sub eius dispositione stando: atq; vniendo: alis membrum putridum et inutile reputatur: sic et in corpore mystico Jesu xpi (vt patet Joannis. xv.) si quis in me non manserit / mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet: et colligent eum: ⁊ in ignem mittet: et in tertio Regum: qui non obedierit principi / morte moriatur / necessaria est ergo talis summa vnior concordantia membrorum ad ipsum caput: que quidem summa cōcordantia esse non potest absq; summa capitis potestate. ¶Item omnis potestas bonitatis quanto maior est / tāto maiorem finē bonitatis efficit: sed si potestas summi pōtificis bona sit maior q̄ dari possit in pro viatore: tunc ipse omnes homines poterit dirigere ad finem eternum per veram concordiam erga deum: nam secundū sententiam saluatoris: constituti in ecclesia sunt lux mundi sal terre: quibus inest / seu inesse debet virtus regitiua / vinificatiua ⁊ illuminatiua. vnde Cypriani ⁹. ideo sal terre dicuntur: vt ex ipsis omnis fraternitas celesti sapientia saliatur: et licet in tali corpore mystico potestas pontificalis equalis sit: est tamen differentia gradualis / quo ad autoritatem gubernatiuam / regitiuāq; curam: et hoc consistit in quadam concordantia: que est in vno et pluribus: vt inquit Cyprianus ad Nouarianum: et Hieronymus contra Jouianuz: inter pares apostolos Petrum ad presidendum electū: vt capite constituto schismatis tollatur occasio: et quoniam hec presidentia a Christo capite est ad vitandum schisma: et pacē fidelium ac vnitatē conseruandam: ergo necessaria est summa potestas in summo pontifice: et regula de b. hoc affirmat: eo quia bonum est esse summum in potestate: et malum est non esse. etiam per regulam de quid probari potest: quoniam est summus in dignitate (vt probatum est) ergo et per consequens in potestate. tenet consequentia: quoniam aliter summus non diceretur in dignitate / et preeminentia: nec esset singularis in potestate. id idem vult regula de quare: nam omnis papa habet officium publicum ad vtilitatē publicā ordinatum: publica vtilitas est dirigere: ⁊ ordinare oēs homines ad finem eternum: sed hoc facere non potest: nisi habeat summam et perfectam potestatem: ergo ⁊c. Et confirmatur: nam deus / ars et natura nihil faciunt frustra: sed deus constituit papam vicarium suū: vt pasceret oues suas et eas dirigeret ad finem debitum: ergo dedit ei omnimodam potestatem necessariam ad salutem generis humani / quam ipsemet Christus exercuit: vel exerce-

ret/ſi preſens viſibiliter eſſet:aliter fruſtra papa eius vicarius conſtitutus eſſet nec dici vicarius ipſius Chriſti valeret:quod eſt manifeſte falſum. ¶Item/per cameram b d e.arguitur ſic.quicquid eſt bonum ſupremum/illud eſt ſumme durabile. ¶Poteſtas ſummi pontificis eſt ſupremum bonum:quo maius dari nō poteſt pro viatori:ergo eſt ſumme durabilis :ſed hoc facere non poterit/ſi eſt limitata ꝛ remiſſa:quoniam tunc poſſet omnino deficere, contra dictum Chriſti. ¶Rogaui pro te ¶Petre/vt non deficiat fides tua/ et contra illud.ego vobiſcū ſum in omnibus diebus vſq; in ſeculi conſummationem. quoniam ſi ex concordia procedit diffinitio vnionis Chriſtiane:tunc ex ſpiritu ſancto proceſſiſſe creditur:quoniam ipſe eſt auctor pacis et concordie:et non eſt humanum varios homines in vnum cōgregatos in ſumma libertate loquendi conſtitutos/ ex vna concordia iudicare:et ſic nulla contrarietas/ aut partialitas pape ineſſe debet :ſed ſumma concordantia :nam contrarietas diſiungit:concordantia vero vnit:et quia pro ſoliditate eccleſie ¶Petrus petra dictus eſt (teſte Ambroſio)et cephas/quod eſt caput/quod equaliter inter duo brachia influendo tenere debet:aliter monſtrum reputabitur:nam ad viuificationem omnium membrorꝫ in corpore naturali(vt predictum eſt)requiritur conformitas membrorum in influendo et refluendo:ita quod caput ſuam influētiam influat cuilibet ſm capacitatem recipientium/et in tali influentia et refluentia conſiſtit et conſeruatur vnitas totius corporis:eſt ergo neceſſaria poteſtas ſuprema per caput de ſignata/ſub eius diſpoſitione ſtando atq; viuendo /et per regulam de quo probatur ſic.omnis poteſtas primitiua nobilior/maior/ſtabilior/potentior/ſcibilior/deſiderabilior /virtuoſior/verior/ et glorioſior eſſe debet poteſtate derinatiua:poteſtas ſummi pontificis reſpectu aliorum hominum eſt primitiua: vt ſuperius probatum eſt:ergo ꝛc.maior tenet per illam regulam.propter vnumquodq; tale et illud magis:et per camerā b f e.probatur ſic.Si papa non habet plenam poteſtatem/quam deus creare potuit pro ſalute generis humani: ſequitur in deo eſſe ſuperioritatem et inferioritatem/maioritatem/et minoritatem: quod eſt impoſſibile :ergo et illud ex quo ſequitur:conſequentiam probo nam deus nouit ſua ſapientia maiorem finem perfectionis que/ dari poteſt ad ſalutem generis humani :ergo debuit illum ſua poteſtate in eſſe ponere: aliter perfectiones dei non eſſent equales/intelligendo maiorem finem/et ponendo volendoq; minorē:ſed cum poteſtas plena et ſuprema ſummi pontificis ſit maior finis qui dari poteſt pro ſalute generis humani :ergo debuit in eſſe poni: et ſic data de facto fuit ¶Petro et ſucceſſoribꝰ eius:vt habetur in Luca.iuxta illud dictum Chriſti /quodcunq; ligaueris ſuper terram: erit ligatum et in celis :et quodcunq; ſolueris ꝛc.quod falli nō poteſt: ex eo/quia dictuꝫ eſt a xp̄o/qui non poteſt fallere:nec falli:ꝛ ſic tota ſacra ſcriptura eſt v̄a:ꝛ i ea nullū mēdaciū ē:vñ totū nouū teſtm̄ ē a xp̄o:ꝛip̄emet ꝓbauit vet⁹ teſtm̄/ꝛ ꝓphetas:ꝛ dicit q; de ipſo loquebātur:ꝛ p ꝫns neceſſe ē/q; ſit veꝝ:ꝛ ſic p vnāveritatē ꝓbant oia:fundare ergo debemus iſtam veritatem principaliter in nobis:et debent Chriſtiani eius verba ponderare : nam ly quodcunq; diſtribuit pro omnibus qui ligari/ et ſoluni a ꝯChriſto potuerunt:cui data eſt omnis poteſtas in celo/ꝛ in terra:ꝛipſe eam

Utrum potestas pape se extendat ad alias purgatorij.

que necessaria est ad salutem generis humani(vt pluries dictum est)dedit vicario suo:aliter esset defectuosus:qđ est impossibile:sed difficultas est/vtrum talis potestas pape se extendat ad eos/qui sunt in purgatorio:ꝛ videꝛ ꝙ nō:nā iuxta predictā sniam xpi.potestas ei data solū est ꝑ bis/q sunt super terram:sed purgatorium est in centro terre:ergo ꝛc. Contra.omnis potestas cuius plenitudo se diffundit extensiue/ꝛ intensiue per totum corpus mysticum Christi potest in quamlibet eius partem:sed potestas pape est huiusmodi:ergo ꝛc.sed anime existentes in purgatorio sunt membra corporis mystici christi:ergo iurisditio ꝛ potestas pape se extendit ad eas:maior prime consequentie est nota de se:ꝛ minor ex eo/quia potestas pape se extendit per totum corpus mysticum. quo ad antecedens secunde consequētie manifestatur:quia omnes anime in purgatorio existentes sunt membra corporis christi:ex eo/quia fideles/licet detineantur ibi propter penitentiam/quam non impleuerunt dum erant supra terrā. ¶Item/vbi cunqꝫ est prima potestas in aliquo genere/ibi est plenitudo potestatis in illo genere:in papa est prima potestas in corpore christi mystico:ergo pōt in oia cōtēta sub tali gñe: sꝫ aīe purgatorij cōtinenꝰ i tali gñe:ergo pōt papa eas liberare:maxime cū nō sint i vltio termino/sed i via. ¶Itē/si illud siqō minꝰ videtur ineſſe in est/ꝛ illud quod magis:sed minus videtur ineſſe ꝙ habeat potestatem ꝛ auctoritatem in celis datam īmediate a christo:ꝛ habet:vt probatum est:ergo ꝛ in terris:ꝛ sic potest animas purgatorij liberare maxime per viam obsequij/ iurta illud.Sancta ꝛ salubris est cogitatio pro defunctis exorare:vt a peccatis soluantur:potest ergo licite summus pontifex animas purgatorij participes omniꝫ bonorū que fiunt sup terrā facere:ꝛ liberare eas a penis:ꝛ ne admireris:qm̄ vicariꝰ est illiꝰ/cui oīs ptās ē i celo ꝛ i terra:nā(teste Augustino i sermone de apostolis)potest regibus obsistere:reges sanctificare:regibus omnibus imperare:mū dum frenare legibus:demones calcare sub pedibus:iubere virtutibus:celum omnibus aperire/celum claudere cuꝫ placeret:ꝛ īmortale regnū conuersis donare:negare peruersis/merita mstdi cognoscere:culpas ꝛ crimina hominibꝰ relaxare.o inestimabilis ꝛ immēsa potestas/hominem in terra positum tenere celum. hec ille.Talis potestas ꝛ ligamen est signum coniunctionis diuine nature/et humane:inquantum deus factus est homo:nam diuina potestas se ligauit cū potestate summi pontificis:vt ipse cum diuina potestate liget/ꝛ soluat in celo/ꝛ in terra. ¶Item.quicqd pōt in principio/potest in medio ꝛ fine:alr nō haberet ptātē pfectā/ꝛ absolutā:qꝛ nō cōstaret de principio/medio/ꝛ fine:sꝫ triā gul̄ esset impfectꝰ:cū nō se haberet nisi ad principiū:sꝫ papa pōt dimittere penas penitētibꝰ in principio:vcꝫ dū sunt sup terrā:ergo ꝛ i medio/ac fine:sꝫ aīe purgatorij sunt i medio:qꝛ nōdū attigerunt finē/ad quē ordinanꝰ:ergo papa pōt eas liberare ab ipis penis. ¶Preterea/si papa pōt dimittere oēs penas penitētibꝰ/ꝛ discedētibꝰ vb hac vita:pōt post hāc vitā:nec videꝛ aliqua impossibilitas/cū vnū ꝛ idē sit obiectum/ꝛ vna ꝛ eadem potestas:sed papa potest in hac vita (vt probatum est) ergo ꝛc. cuius potestas ꝛ iurisditio in sequenti arbore ad mentem doctoris nostri designatur.


Gloria
pena
clerici
rural.
sacer.
mare.
burgē.
pōtes
abba.
mili.
epi.
baro.
archi.
duces
patri.
comi.
cardi.
reges
papa.
monach9.
Raymund9

De ordiatione potestatis summi pōtificis in arbore designata.

DIRes arbor in septem partes diuiditur: ⁊ sunt radices/trūcus/brāche/rami/folia flores/⁊ fructꝰ: ⁊ est arbor generalis. i. ptās supma ad oēs ordines scz spūales/⁊ tēporales: in qua sunt ipressiōes vicarie sancti ℙetri: subiectū cuiꝰ est alba petra/pura/mūda: et scripta sanctitate in qua sunt impssiones literaꝝ sigilli dñi nr̄i iesu xp̄i: q̄ siquidem litere sunt sue operatiōes/⁊ sua bona exēpla: q̄ dedit gētibꝰ in amando: ⁊ bonorādo deū/⁊ suū p̄ximum: et qz ille litere sunt impsse in petra: fortiores sunt/q̄ si essent impresse in cera: ⁊ qz petra est alba/sunt magis apparentes/q̄. si essent impresse in arena: ⁊ etiā litere pulchre sunt/⁊ munde: qm̄ petra est alba. ¶ Radices arboris pontificalis sunt virtutes cardinales/⁊ theologice: de quibꝰ in octauo libro dicetur: iccirco summus pontifex dz esse iustꝰ p iusticiā/⁊ prudens per prudentiam: ⁊c. ⁊ iusticia ipsius pape debet esse bona per bonitatem: et magna per magnitudinem ⁊c. debet esse differens: tribuendo vnicuiq̄ qō sibi debetur: et debet esse concordans/concordando oēs christianos: eosq̄ dirigendo ad debitum finem/⁊c. et debet papa illā fidem habere/quaz habuit beatus ℙetrus sub habitu bonitatis/magnitudinis ⁊c. ⁊ talis fides debet esse fortis: vt fortitudo eius fortificet fidem cuuslibet hominis: et ideo ordinatio dei fuit/q̄ imperium romanum datum fuit pape: vt cum brachio seculari papa foret fortis ad resistē dum inimicis fidei: adhuc fides pape debet esse clara hominibus per sapientiā ⁊ bonū exemplū: ⁊ debet esse charitatiua/et amabilis: vt moueat suos subditos ad charitatem: debet etiam esse virtuosa cōtra vitia: et vera contra falsitatem: ⁊ qz fidei pape sunt oēs oues cōmisse: male facit ille papa/qui fidem in pluribus ouibus non augmentat: vt ipse sit pastor multum vniuersalis: et deus a pluribus amatus/et intellectꝰ: et q̄ in illa fide viuāt oēs oues mundi: quoniam satis est maior gratia vite spiritualis/q̄ corporalis: ⁊ sic papa cum sua fide debet esse contra illos/qui sunt contra fidem: ratiōe cuius conari debet errores destruere qui sunt seminati inter saracenos/tartaros/et iudeos. debet etiā destruere schismata/que seminata sunt inter xp̄ianos.

De radicibꝰ arboris pontificalis.

De trūco arboris pontificalis ⁊ eius branchis.

¶ Truncus arboris apostolicalis est ipse papa: qui est persona generalis: et est maior/⁊ plenior in magnitudine sub branchis: et eius magnitudo consistere debet in bonitate/virtute/et omni perfectione: nam ab ipso trūco emanant branche/et rami: et sic de bono trunco bona brancha: et quanto maiores et meliores sunt branche: melior ⁊ maior est truncꝰ et econtrario: et si truncus est malus: ipsum multum esse damnosum necesse est quoniā nihil est/in quo tantū peruertatur de bono in malum: nec quod tāta pena dignum sit: et econtrario/si est bonus: est ergo truncus soli similis in splendore et officio/influendo suis branchis et ramis: ideo ei debent reuerentiam: et honorem facere/si cut partes suo toti: et si contingat/q̄ aliqua nebula obscura consistat in eo: figura illius nebule est multum intensa in vmbra contra lucem: et quia est in loco alto: ab omnibus videtur: et quia magna est vmbra/magnam impedit claritatem: que descendere non potest ad inferiores/videlicet ad eius branchas et ramos: sunt enim due branche emanantes a trunco/ex dextro latere vna/⁊ex sinistro reliqua. In dextra brācha ponunt in primis cardinales: pa

triarche/episcopi/abbates/priores/sacerdotes simplices/et clerici. in sinistra po
nunt iperatores /et reges/duces/comites/barones/milites/burgēses/rurales.
rami sunt sacramēta et mandata legis: folia sunt canones et leges: quibus pa
pa indiget ad suum regimē. flores aūt sunt. xiiij. articuli fidei: de quibus supradi
ctum est. ¶ Fructus vero arboris apostolicalis est ille in quo colliguntur omnes
fructus aliarum arborum: quoniam omnia quotquot sunt in hac vita presen-
tij secundum diuinam ordinationem/quam deus posuit in creaturis istius vi
te in qua sum⁹/se ita dirigunt ad arborem apostolicalem et generalē/ sicut plu-
res linee ad vnum punctum ex illis constitutum /et centrum / in quo sibi inui-
cem obuiant: et suum habent complementum /sicut plures partes in suo toto:
et sic fructus huius est saluatio gentium: et ordinatum ministerium / vt deus
recolatur /intelligatur/et ametur/ bonoretur: et ei seruiant / plus ꝙ alicui alij
et iste fructus est ita nobilis/et de ita nobilibus conditionibus/ꝙ requirit vnā
personam communem: que sit eius cultor: et habeat dominium super omnes
homines. Inter cultorem et fructum oportet esse ita magnam concordantiam
i magnitudine bonitatis/sanctitatis/vtutis⁹veritatis/ꝙ maior eē nō possit: ⁊
omnes res mundi ordinari debent ad seruitium summi pontificis: vt inde bo
nus fructus sequi possit: et per illas saluationem gentium tractare. quis ergo
cogitare posset /vel scribere nobilitatem arboris apostolicalis? iccirco oportet
ꝙ huiusmodi fructus nobiliorem qui dari possit habeat cultorem: et sic male
faciunt cardinales/si pro posse in eius electione non proportionant cultorem
fructui: et papa elect⁹ in illa ꝓportione seipsum cōseruare: et si papa eligi debet
ex cardinalibus/totis viribus cum maxima diligentia deberent perfectionē in
bonitate/potestate/virtute/sapientia/et veritate eligere: qō minime facere pote-
rūt: si ad vota ꝓncipū (vt fieri solet) eos eligāt: ſz ꝑfectiores inuestigare debent
non questu/sed in obsequium Jesu xp̄i.

De fructu arboris apostolicalis.

De septez sacramentis.

Sacramentum est sacre rei signum: vnde ipse Christus ordinauit in eccle
sia sua septem sacramenta: et ordinauit etiam modum: et for-
mam/in quibus ipse dat homini gratiam/salutem / et bene esse:
et homo recipit eam de facto: et quia illud bene esse qō homo de
bet recipere a Christo est inuisibile: ex eo quia est res spiritualis
propter hoc deus ordinauit aliquas res corporales / sensibiles: quibus ho-
mo reciperet gratiam inuisibilem: que quidem res corporales et visibiles habent
similitudinem cum illa gratia recipienda: et quodammodo eam representant: et
sic gratia videtur in tali re visibili: sicut in quodam signo: et ordinauit exteri⁹
modum /et formam recipiendi et applicandi tales res visibiles ad ipsum homi
nem: vt ipse cogitaret /quod sicut exterius et ꝙvisibiliter fit /ꝙ ita conformiter
dominus Jesus Christus operatur in anima: ideo homo inquantum est la-
psus /debet primo ascendere per istam scalam gratie: quoniam est in profundis
simo et infimo propter peccatum: et distat in infinitum a deo/et est inimic⁹ dei:
ideo prio oz exire de illo loco ifimo: ⁊ ascendere ad gratiā dei: nā si cut deus prio
ordinauerat ꝙ homo habens iam, bene esse reciperet suum optimum esse per

res corporales/scz lignum scientie boni ⁊ mali:quod quidem lignuz erat res corporalis ⁊ visibilis:⁊ homo seruando obedientiaz de precepto reciperet optimū esse:ita etiam ordinauit Christus aliquas res visibiles ⁊ corporales: vt homo illas recipiens per obedientiam/⁊ propter obedientiam recipiat gratiam: qui autem contemnit recipere tales res ab ipso Christo ordinatas/ nullam recipit gratiam:⁊ tales res sanctificantur/⁊ sacrantur per verba/que dicuntur in nomine suo super ipsas res:⁊ sic sanctificate per verba sunt sufficiens instrumentum ad recipiendum gratiam:⁊ qz deus per verbum suuz fecit creaturas:ideo verba dei operant:ex eo/quia habuit magis aptitudinem ad significandum res inuisibiles/q̄ ipse res corporales:ideo se habent per modum forme:⁊ res corporales per modum materie:⁊ sic per verba que audiuntur/⁊ per res visibiles fit vna representatio/⁊ significatio completa vnius et eiusdem rei inuisibilis: ⁊ talis ordinatio facta fuit a domino nostro Jesu christo:hac de cā tam sua institutio et ordinatio inquantum voluit q̄ per res corporales homo susciperet gratiā/q̄ per sua verba irrefragabilia verissima formant hominem ad credendum/q̄ ibi recipit inuisibilem gratiam qua indiget/quid enim magis firmum/ magis solidum/magis securum/q̄ ordinatio Christi/⁊ verba sua:ideo imponunt necessitatem/non tamen cogentem/sed voluntariam:vt homo recipiendo tales res visibiles recipiat a Christo talē gratiam significatā per tales res:⁊ vt Christus det illam:qz ipse se obligauit dare ex sua bonitate/⁊ voluntate:vt esset summa securitas: si enim deus secrete in ventre matris quando corpus est organisatum creat/⁊ dat animam rationalem sine petitiōe/quanto magis dabit gratiaz inuisibilem suam/si homo debito modo recipiat res corporales visibiles ab ipso ordinatas ad recipiendum suam gratiam:ecce igitur modū per quē r̄ps dat homini lapso suum beneficium/⁊ adiutorium:⁊ facit ipsum participem in merito suo/⁊ in morte sua/⁊ incorporat hominem sibi:⁊ facit ipsum suuz membrū: tō si qs vniri vult Christo/opz q̄ adhereat ei:⁊ credat i eū:et q̄ talis credulitas occulta manifestet̄ p signa exteriora/⁊ visibilia:q̄re nō imerito debēt dici sacra.

De sacramēto baptismi.

BAptísmus est sacramentū necessariū rōne originalis peccati:a cui⁹ feditate/corruptiōe/macula /⁊ infectiōe dz aia mūdari:quā quidē maculā cōtraxit ex carne et ei⁹ societate:necesse est etiā q̄ fiat plena remissio oīs culpe ⁊ offēse:⁊ q̄ destruat oīs obligatio ad penā:ideo Christus ordinauit ad significandū/⁊ repsentādū oīa ista que sunt inuisibilia/q̄ exteri⁹ in corpore fieret ablutio:⁊ lauacrum per aquā elemētalē cū verbis expresse significātibus ablutionē:dicēdo /ego te baptiso in noīe patris/⁊ filij/⁊ spūs sancti:qō est idē/ac si diceret:ego te abluo:⁊ lauo ⁊ tale sacramentū cōuertit hoiem ad finem propter quem creatus est:qm̄ forma sacramēti in patiēti posita purificat/et mundificat:⁊ trāsmutat immundiciā in puritatē/tenebras in lucē:et hoc facit cū potestate diuina boi data:sicut instrumentum ad vtēdum illa loco dei qui recupare vult qō pdidit in suo subiecto:nā sicut malle⁹ (ē) īstrumētū fabro/vt clauū faciat:sic ptās diuina ē īstrumētū p̄sbytero/vt illa mediāte hoiem immundū p petm̄ originale sanctificet/⁊ mundet:⁊ efficiatur amabilis ⁊ acceptabilis deo:⁊ incorporetur cum Christo;⁊ sic efficitur

particeps passionis Christi:⁊ talis ablutio cognoscitur ex eo/q illud qō videt in sacramento est signum/figura ⁊ imago illius quod non videtur: ⁊ ideo debemus arguere de visibili ad inuisibile:nam sicut aqua purificat omnes maculas: ita inuisibiliter anima per tale sacramentum mundatur/et purificatur ab omni macula:et sicut aqua est clara/⁊ diaphana/luminis susceptiua:ita intra anima illuminatur:⁊ sicut aqua est refrigeratiua': sic per baptismum concupiscentia carnis/que animam inficiebat/refrigeratur:⁊ oportet q̄ homo adultus recipiens tale sacramentum voluntarie relinquat/⁊ odio habeat vitam antiquā: et quia actualiter peccauit:oportet q̄ habeat displicētiaz actualiter:et q̄ per cō sensum/adhereat Christo:et credat in eum:⁊ sic requiritur fides propria:sed in paruulo qui non habet potestatem volendi/aut consentiendi:et qui non peccauit per propriam voluntatem:sed totum malum venit sibi ab alio/non requirit̄ q̄ habeat fidem propriam:sed sufficit ei fides aliena/vz̄ sui patrini:⁊ ante baptismū fit exorcismus:vt diabolus expellatur:⁊ fit etiam catbecismus/ideſt instructio de fide: ex eo quia in baptismo fit nona regeneratio spiritualis:debent omnia illa precedere/que preparant/⁊ disponunt subiectum ad formam .ī. gratiam recipiendam/qua fit participatio cum deo:sicut litere cere que participant in similitudinem cuz literis sigilli:et sic imprimitur caracter/: quo differt a quocunq̄ alio non baptisato:et sicut recipit a Christo esse nouum/⁊ rē nouam: q̄ per aquam(vt dictum est)efficitur homo nouus: ita recipit nouum nomen a Christo:ideo christianus dicitur:⁊ sic renouatur quo'ad rem/⁊ quo'ad nomen:⁊ nō immerito vocatur Christianus:quia ēptus est infinito precio/sz̄ morte Christi:⁊ sic homo non est suiipsius/sed est Christi/q̄ mēbruz eius:ideo cauere debet ne tm̄ nomen polluat/⁊ deturpet/ne discordet a Christo:nec ipsum offendat.

De sacramēto confirmationis.

CONfirmatio est/vt puer qui nō erat dispositꝰ ad intelligēdū/qm̄ fuit baptisatus/recipiat imprēssionē sacramēti primi(quā in suo intellectu/voluntate ⁊ memoria/habet)in suo intelligere/amare/et memorari:et sic per tale sacramentuz confirmationis fiunt caracteres sacramēti in actibus potētiarū/inquātū baptisatus cōsentit/q̄ sit mundatus a peccato originali/recolendo/⁊ intelligendo/et amando:nā quēadmodū homo corporaliter primo generat̄/⁊ recipit esse:deīde accipit augmentū/donec peruenit ad etatē ⁊ robur/⁊ perfectam virtutem:vt possit facere perfectas operationes humanas scōm corpꝰ:sic conformit̄ fit in vita spūali aie:nā primo bō accipit vitā spūalem:⁊ sic dicit̄ gnari/quo ad illam vitā: deinde oportet/q̄ recipiat augmētum vite spūalis:⁊ roboretur/⁊ cōfirmetur in tali vita:vt pfecte possit operari opationes' que ptinent ad vitam spūalem:ideo necesse est/vt sit aliud sacramētum post baptismū:in quo aīa recipiat augmētū vite spūalis/robur/⁊ fortitudinē perfectā:ideo sacramētū cōfirmatiōis se hz̄ ad baptismū sicut augmētū ⁊ robur ad generationē:vnde gr̄a que dat̄ i baptismo lauat aīam totaliter:⁊ ista est sua propria operatio:sz̄ gr̄a que dat̄ in sacramento cōfirmatiōis roborat aīam/atq̄ cōfirmat:⁊ q̄ ista ē alia opatio distincta a prima: necesse est q̄ sit aliud instrumentuz distinctū a primo:vt omnia fiant ordinato modo:ideo oportet/q̄ in quolibet sacramento visibile proportionetur rei in-

nisibili:quo ad significationē ⁊ repsentationē:⁊ qz chrisma qđ ē ꝓpositū ex oleo oliuarū/⁊ ex balsamo est res visibilis in isto sacramēto:⁊ inunctio fit exterī in fronte cum verbis q̄ significant opationē/que fit interius in aīa:et sunt ista. signo te signo crucis:confirmo te chrismate salutis in nomine patris/⁊ filij/⁊ spūs sancti:⁊ ideo tā per oleū ⁊ balsamum (que materia sunt in hoc sacramento) q̄ per verba que modum habent forme/possumus arguere omnia illa que fiunt in homine per istud sacramentū:nā sicut oleum natat supra aquā:ita gratia q̄ datur in sacramento supra gratiā que dat in baptismo:⁊ sicut reddit aquam saporosam ⁊ sapidā:ita per istud sacramentū homo recipit maiorē saporem in Christo:⁊ sicut balsamum (qđ miscetur oleo in hoc sacramēto) bz pciosuz odorem:ita similiter gr̄a q̄ cōferet in hoc sacramēto/quo mediāte homo mittit extra se odorē bone fame vite ad alios boies:⁊ trahit alios boies ad se:et qz talis vnctio fit in fronte:ideo significat/q̄ in isto sacramēto datur gratia ad pugnādū publice ꝓtra inimicos Jesu christi:⁊ ad cōfitendū nomē xp̄i publice ⁊ audacter sine timore ⁊ verecundia:vnde signum fortitudinis ⁊ cōstātie ostenditur in facie

De sacramēto mr̄imonij

MAtrimoniū est sacramentū qđ ordinat/copulā boīs ⁊ fe mine ad finem ꝓpter quam sunt masculi tas/⁊ femineitas:vcz ad multiplicādū naturā humanā/seu speciē:vt de⁹ sit amat⁹ ⁊ honorat⁹ a plurib⁹ boībus:⁊ debent specificari cū ordine verboꝝ/⁊ ordine cōceptionis interioris:que monēt verba illius q̄ agit sacramentū:et illorum qui caracteres sacramenti recipiūt int⁹ ⁊ extra:⁊ agens ligat:⁊ sic remanēt ligati:⁊ tale sacramentū est sustentatum in cōtrahentib⁹/sicut litere sigilli in cera:et qz deus non fecit oēs homines insimul:sed primo fecit primū hominē:et primā mulierē:⁊ cōtraxerunt matrimoniū p̄ consensum vtriusq;:⁊ de⁹ ordinauit eos sic/vt p̄ generationē boies multiplicarent:et vn⁹ ab alio descenderet:vt maior vnitas/⁊ maior amor esset inter ipos:⁊ qz de⁹ creauit hoīem/vt ab ipo intelligeret/⁊ amaret:sed talis dilectio inuisibilis debuit per aliqđ visibile significari:vt iā i quito tractatu deductū est:ideo ordinauit matrimoniū in paradiso terrestri:⁊ qz matrimonium ꝓpter hoc est sacramentū:qz est signum ꝓpter significatū/⁊ non ecōtrario:ideo sine cōparatiōe nobilior est illa cōiunctio spūalis que significat per matrimoniū/q̄ ipm matrimoniū:⁊ qz humana natura a principio cōiungebat deo solū per amorez ⁊ liberū consensum:sed post lapsum in reparatiōe facta est noua cōiunctio ⁊ vnio inter deum ⁊ humanā naturā:quia p̄ sona filij dei coniunxit se humane nature in vnitate persone:et talem vnionem etiam significat matrimonium. In isto sacramento/sicut et in alijs considerantur materia et forma/vt verba ⁊ signa exteriora/seu actus ⁊ operationes:ideo per verba dicta exterius a viro ⁊ muliere declaratur consensus interior amborum:sic q̄ consensus per verba declaratus non est matrimonium/sed causa:et sic sunt ibi tria per ordinem/scilicet verba exteriora significantia/et ipse consensus spontaneus viri et mulieris:et vinculum obligatorium tantum indissolubile ⁊ infrangibile:et tale vinculum est sacramentum/et ex tali vinculo obligatorio per quod vir transit in potestatem mulieris:et mulier in potestatem viri: quantum ad corpus/sequitur vltima coniūctio/que est copula carnalis:et ideo

propter talem obligationem vir tenetur reddere debitum mulieri/et mulier viro:vnde cum in matrimonio detur homini facultas/et potestas vtendi sua vxore ad procurationem prolis:et hoc ex diuina institutione/datur etiaz ibi gratia cum qua illud conuenienter fieri possit illis qui digne suscipiunt sacramentum matrimonij in fide Christi recta intentione:vt scilicet vniantur ex consensu boni amoris ad procreandum prolem ad dei seruitium: tales recipiunt gratiam in matrimonio/que adiuuat eos contra concupiscentiam carnalem. Ex ista gratia datur remedium contra tres inordinationes concupiscentie :et nascitur triplex bonum matrimonij. Primum quia concupiscentia et pronitas ad multas mulieres tollitur. Secundum quia in matrimonio datur gratia:et adiutorium/vt non cognoscat vxorem nisi causa prolis. Tertium bonum est/quia in luxuriosis post operis carnalis cōsummationē gignatur fastidiū z nausea: et sic respuit illam:et desiderat aliam :in vero tamen matrimonio datur gratia/et adiutorium /vt semper velit esse cum sua vnica:et sic tale fastidium tollitur: deberent ergo homines contrahere verum matrimonium : quia tunc predicta gratia eos in omnibus iuuat:et tale est magnum signum:quia magnas et sanctas res significat:videlicet coniunctionez inuisibilem dei et anime hominis per amorem :et coniunctionem dei verbi et nature humane / ac etiam coniunctionem Christi et ecclesie / cuius ipsum matrimonium est expressum signum :ideo qui violat et deturpat signum/facit iniuriam rei significate per illud:et illi videlicet deo qui instituit/et ordinauit tale sacramentum : et si ex tali matrimonio non sequitur proles /sufficit quod sit fides/et fidelitas propter solutionē debiti.

Eucharistia est sacramētū altaris:qō quidē sacramētū ē/vt deꝰ cū hoīe multum possit participare i magnitudine bonitatis/duratiōis/potestatis zc. Est em̄ magnū bonū hoi tractare z tenere corꝰ xpi: q est finis z cōplemētū oim corporaliū: z tangere ipsum cū suis manibꝰ: z recipere per cōtactū/rōne cuiꝰ tangens mūdificat tactum bene dispositū p penitentiā:et in tali tactu fit participatio ambarū bonitatum:et tale bonum est ita magnū/qō nemo potest cogitare:est etiam valde magna eiꝰ duratio/et conseruatio/que requiritur in homine:nam sicut in vita spirituali oportet baptismum esse/qui est spiritualis generatio/et etiam confirmationem que est spirituale augmentum/ita oportuit esse sacramentum vnuz:quod esset spirituale alimentum z nutrimentuz:in quo homo cōseruaret totaliter in bono z spūali vita:ideo Christus qui est deꝰ z hō remanet sine cremēto z diminutiōe suiipsius in sacramento homine ipm recipiente:qui nō crescit p trāssubstātiationē panis in carnē Christi/z vinū in sanguinem xpi:nec diminuitur/inquantū ille q ipsum recipit/trāssubstātiat materiā panis trāssubstātiatā in corꝰ xpi i carnem suiipsius recipientis: z idem est deuino in sanguinē:ideo xps est nutrimentum z alimentum spirituale:et sic recipiens mutatur z cōuertitur in Christum per amorem:sed ipse Christus non mutatur/sed mutat/et transformat xpianuz in seipsum:ideo vt ista nutritio fiat continue: z vnitas ista cōseruet/xps ꝓstituit z ordinauit istud sacramentū/in quo sunt materia z forma/vez panis z vinū:et verba q̄ a Christo ordinata fuerūt: z sunt res visibiles:que indicant inuisibiles:

De sacramēto eucharistie.

ideo dicitur sacramentum: est enim magna potestas/quam deus dat presbytero in tali sacramēto:quoniam cum potestate infinita dei q̄ ei datur:vt instrumētū motum per agentem ad suam voluntatem facit de modico pane ita magnam carnem:sicut est caro Christi/⁊ idem de vino:⁊ tale sacramentum est verissimum:nam si verba que proferuntur in sacramento baptismi habent efficaciaz vt homo baptisetur intus/scz in aia:etiam ⁊ istius sacramēti/vt panis trāssubstātietur in verum corpus Christi :et vinum in sanguinem : et sicut ergo baptism⁹ est verum sacramentum/et etiam eucharistia:cum idē dñs vtrūq; ordinauerit: ⁊ instituerit:et verba eius sint maioris efficacie/q̄ verba hominis puri: et tamē significant semper aliqd:ergo verba Christi magis deberent habere vltra significationē/scz q̄ faciūt:⁊ significāt id qō faciūt:sequitur ergo q̄ verba q̄ significant suum corpus esse in hoc sacramento faciunt ipsum esse et existere: et oportet de necessitate/q̄ ita sit sicut significant:ita q̄ non possunt esse falsa / aliter nil plus haberent verba Christi/q̄ verba vnius pueri:maxime cū ipe xp̄s non possit mentiri:est ergo eucharistia verū sacramentū:nā sicut panis ⁊ vinū sunt principalis ſba nutrimenti ⁊ alimēti corporis: ita significatur q̄ ipe xp̄s ibidē existēs est principalis substantia nutrimenti et alimenti spiritualis :vnde sicut aqua i baptismo significat ablutionem:ita forma panis et vini significat refectionem et nutritionem :quia caro Christi ibidem existens animam reficit : et sustentat spiritualiter super omnem gratiam:et sanguis Christi animam letificat:⁊ hoc sacramentum fit supernaturaliter:nam virtus ⁊ veritas superior trahit ad suā magnitudinem veritatem inferiorem/inquantum facit esse verum hoc qō pbyter dicit i sacramēto tūc:cū dicit/hoc est corp⁹ meū:et hoc est magnū miraculū veritatis:q̄ vnū fit corpus xp̄i/⁊ aliud corp⁹ pbyteri:et qō corp⁹ xp̄i ⁊ pbyteri sint agētia in vno corpore/qō est sacramentū:hoc aūt esse nō posset sine sacramento qō pbyter facit in figura xp̄i:q inquātū xp̄s loquit/⁊ facit sacramentum:⁊ sic est magna participatio inter procuratorē ⁊ dñm:⁊ inter veritatē cuiuslibet:⁊ hoc fit cū magna būilitate sue bonitatis/magnitudinis ⁊c.nā magnū est q̄ ille q est de⁹ ⁊ hō velit participare inferi⁹:⁊ tm̄ seipm humiliare/q̄ se offerat hoib⁹:⁊ iō male faciūt illi pbyteri ⁊ illi hoies :q recipiūt sacramentū:et sunt superbi :cū ita sit q̄ superbia ⁊ būilitas sint ꝯria:⁊ i hoc passu cognoscit q̄ pbyteri debēt esse magis humiles/q̄ alij hoies i loquēdo/induēdo/comedendo/eqtando/⁊ habitādo: sicut Jesus xp̄s/ qnō modo in psenti sacramēto est būilis:sz i oib⁹ fuit: p istud enim sacramentū xp̄iani exaltant:et significant tāta exaltatiōe et dignitate/ qua excogitari non potest maior in hoc mūdo:quoniam efficiuntur diuini:⁊ deificantur:et conuertuntur in Christum :quia conuertuntur in suam voluntatem.

De sacramēto ordinis.

ORdo est sacramentum necessarium ad alia sacramēta :qz ē instm/cū q̄ siūt alia sacramēta:⁊ ordo est ita magn⁹:sicut spectat ad magnitudinez aliox sacramētox:sicut malle⁹ q̄ proportionaridz ad magnitudinē clani: vñ cū sacramentū altaris ⁊ penitētie sit ita magnum:opz q̄ ordo quē pbyter recipit/sit magn⁹:vt possit illa administrare ⁊ perficere : nam sicut Christus ordinauit sacramenta/vt homines suscipiant ea: ita necesse est quod ordinet homines/ et

personas que ministrant ipsa sacramenta: ⁊ sic necessaria est potestas in terra hominibus ad duo: primū est ipa gratia/per quā regenerantur/ ⁊ perficiuntur vt sint apti intrare in regnum celorum: ⁊ qz ista gratia datur p sacrāēta visibilia: nō ē necessariū scōz/scz auctoritas/seu officiū administrādi ipa sacramēta: qz null⁹ potest administrare/neqz dispensare res alicui⁹ dñi/nisi de licētia ⁊ auctoritate dñi/cui⁹ hec sunt: nec hēret vigoz qcq̄/si aliter factū eēt: sic ḡ necesse ē q̄ auctoritas seu officiū dandi ⁊ ministrādi ipa sacramēta det spūaliter aliqbus pſonis spālib⁹/oibus vero nō indifferenter/sz solū ordinatis: et oportet etiā q̄ ordo quē pſbyter recipit/sit ita magnus: vt p talē ordinē cōficere possit sacramētum altaris/⁊ dare penitentiā boibus soluendo illos/aut ligando cū clauibus bti ℙetri/ que claudūt/⁊ aperiūt boib⁹ i celo/⁊ in terra: sicut em̄ oia mēbra corporis būani conuelunt in vita ⁊ calore naturali/p quem oia viuūt: sed etiam diuerſa ferunt per diuersas potestates ⁊ officia/q̄ singula membra hñt: sic fit inter fideles: qz oēs cōueninnt quātū ad charitatez: sed differūt penes potestatem: ⁊ est necessaria talis potestas ad viuendū ordinate: ita q̄ oportet q̄ aliqui recipiant sacramenta: ⁊ non dent: neqz habeant potestatez donādi: ⁊ aliqui sunt/q etiā recipiūt primo: ⁊ hñt potestatē dādi alīs: iō necessario sunt due ptes inter xp̄ianos/ vz ps laicalis/⁊ clericalis: ⁊ qz clericalis ē supior/⁊ dignior/⁊ magis sīlis xp̄o qz infimul cōcurrūt ad vnū op⁹: qz xp̄s dat gratiā inuisibilez: ⁊ clerici qui sunt ministri ei⁹ dant sacramēta visibilia: ideo qz sunt coopantes/sunt magni bonoris/⁊ magne dignitatis ex pte officij xp̄i: iō pſbyteri male faciūt/q hñt ita magnū ordinē/q̄ se inclināt ad aliqō petm̄: cū ita sit q̄ ordo ꝓpetm̄ sint ℞ia: necesse ē etiā q̄ talis potestas dispensandi ⁊ dādi sacramēta detur p aliqō signū manifestuz (vt in supra dictis dixim⁹) p aliqua verba/q̄ significent talē potestatem: ideo ista potestas debuit dari p modū sacramēti: ⁊ qm̄ ista potestas est res spūalis/ ⁊ nō corporalis: ideo debet poni ⁊ caracterisari intus in aia: vñ necesse est: q̄ tales pſone que recipiunt talem potestatē ⁊ auctoritatem magis assimilent xp̄o/q̄ alie pſone: et quia alīj xp̄iani assimilant xp̄o per gratiam: ⁊ etiā iste pſone: cū etiā recipiāt alia sacra: iō opz q̄ vltra gratiā que dat omnibus per alia sacramenta recipiāt aliqō aliud inuisibile in anima/per qō ascendant/⁊ eleuent super alios ⁊ modo spirituali assimilentur xp̄o: ⁊ licet hō perdere possit gratiam q̄ datur per alia sacrāēta: tamen hanc sacerdotalē propter illaz perdere nō pōt: qz sunt due gratie distincte: ideo q̄uis aligs pdat gratiā sibi datam in baptismo: dum modo dicat se xp̄ianū/pōt recipere sacramentū ordinis/⁊ per consequens talez potestatem: sed cum potestas sit ita excellēs/debet ordinatus supare alios in bonitate: sicut superat potestate/⁊ auctoritate: nam si ordinand⁹ habet gratiam/q̄ datur in alīs sacramentis: tunc augetur/⁊ crescit in isto sacramento: si vero est i peccato mortali scienter/tunc nullaz gratiam recipit: sed auget culpam: ⁊ solum recipit potestatē. ¶ Sacramentū ordinis continet septem gradus ordinatos: q̄ omnes ordinantur ad vnum: iste autem potestates spirituales distinguūtur per respectum ad sacramentum altaris: ⁊ de quolibet istaz sigillatim tractaturi sumus (si op⁹ tñ pficiat) in libro de vnitate xp̄iana/et eius peruersa diuisiōe: dant enim ordinato modo semper ascendendo de vna potestate in aliam: donec dene-

niunt ad sacerdotium/ qō est vltimus gradus:ꝛ sicut est vnus primus homo solus/ quē deus fecit primo per manus suas:ꝛ per illū fecit/ꝛ multiplicauit alios homines in natura :ita similiter non est nisi vnus primus sacerdos :quem deus primo fecit per manus suas:ꝛ per illum fecit:ꝛ multiplicauit alios sacerdotes:et ille homo est xp̄s benedictus /qui est solus verus sacerdos:ꝛ cum quis non possit a pecato liberari/nisi per sacramentum penitentie:ꝛ sacramentum penitentie non potest fieri/nisi sit aliquis/qui habeat potestatem ꝛ auctoritatem iudicandi peccata ꝛ absoluendi:ergo necessario talis potestas iudiciaria datur in sacramento ordinis:ꝛ quia ista potestas est colligata cum potestate dispensandi sacramentum eucharistie:quia homines nō possunt recipere tale sacramētū/ nisi absoluantur prius a peccatis:ideo sicut sacerdos per sacramentum ordinis recipit potestatem supra sacramentuz corporis christi:ita recipit ex ꝙsequēti potestatem supra sacramentum penitentie:quia ad vnā sequitur alia:est etiā necessarium/ꝙ vlterius fiat ascensus/ꝛ elevatio supra potestatem sacerdotalem:que est vltima in sacramento ordinis:nam sicut oēs christiani conueniunt primo in susceptione sacramentorum:ꝛ in hoc erāt equales:ꝛ postea ex illis eleuantur aliqui/qui recipiunt potestatem administrandi ipsa sacramenta:ꝛ tales sunt sacerdotes:ita cōformiter oportet ꝙ ex sacerdotibus qui sunt equales per sacramentum ordinis /aliqui eleuentur vlterius supra alios sacerdotales /qui habeant potestatem conferendi sacramentuz ordinis :ꝛ sic oportet ꝙ fiat superioritas ꝛ inferioritas vlterior:ꝛ sic fuerunt aliqui a christo immediate ordinati/ qui potestatem habent ordinandi alios sacerdotes:ꝛ tales dicuntur episcopi.

De sacramēto penitētie.

Penitentia est sacramentum extē suz i coniunctionem hominū/ qui penitent de peccatis/que fecerunt de quibus confitentur :ꝛ se submittunt iudicio presbyteri: vt fiat satisfactio cum virtute contra vitium:ꝛ iste tres forme contritionis/confessionis/ꝛ satisfactionis sunt passiue:in quibus accipiunt similitudines formarum actiuarum/quas habet presbyter/qui similitudines imprimit illarum formarum actiue in iudicio quod dat/ꝛ in hoc ꝙ indulget cum clausbus:que in illis formis passiuis claudunt ꝛ aperiunt:ꝛ per hoc sacramentum penitentie excitantur homines ad timorem per contritionem:ꝛ ad spem per indulgentiam:ꝛ confessio ꝛ satisfactio mouent contritionem:ꝛ econtrario contritio mouet illas :sicut forma que mouet formam vna forma mouente aliam ad suum finem/sicut voluntas que monet intellectuz ad intelligendum bona obiecta amabilia/ꝛ ad intelligendum mala obiecta/ que sunt odibilia :ꝛ idem facit intellectus/ qui monet voluntatem ad amandum intelligibilia:ꝛ ad odiendum obibilia:et ideo quia aliquis potest perdere gratiā sibi in baptismo datam per peccatum :quia homo habet libertatez:est necessaria medicina spiritualis curatiua scz penitētia/per quā possit recuperare sanitatem/ꝛ gratiam quam habuit per baptismū:et ꝙ christus operatur in homine per sacramenta visibilia ꝛ manifesta:ideo ordinauit sacramentum penitentie ad destruendum peccatum ꝛ offensam commissam post baptismum : Quis

enim ante receptionem baptismi sit necessaria homini adulto: attamen illa penitentia non est sacramētum: quia inuisibilis est/et occulta': ꝛ qꝛ vera indulgētia non recipit nisi culpa displiceat/ex eo: quia omnis culpa est voluntaria: ideo nō potest destrui nisi per contrarium/videlicet ꝙ sicut fuit voluntaria/fiat inuoluntaria/et displiceat: aliter manet in vigore suo: est ergo necessaria contritio: et ꝙ proponat in corde suo nunq̄ offendere deum: et requiritur etiam ꝙ homo habeat spem recipiendi indulgentiam a deo: et ꝙ habeat odio ipsum peccatum: quod contrariatur deo/ꝛ sibīpsi/aliter nihil proficeret: et talis displicentia etiam ex alio: quia homo non habet maiorem inimicum/q̄ peccatum: quia nō obligat solum ipsum hominem ad penam temporalem/sed eternam: ꝛ quia peccatum est etiam inimicus secretus ꝛ occultus: quia de ipsius natura est velle occultari: ideo homo per contrarium debet ipsum discooperire: et manifestare p confessionem: ꝛ sic ipsum tanq̄ inimicum domesticum impugnare/et expellere et quia est deceptiuum/ꝛ fraudulentum: ideo tanq̄ deceptor ꝛ falsarius debet accusari/iudicari/et puniri: ideo debet ipsum ponere in iudicio/ꝛ petere sententiam contra ipsum/ꝛ punitionem: ꝛ sicut sunt duo inuisibilia/necessaria ad destructionem culpe: vnum ex parte dei/ꝛ aliud ex parte hominis/qui offendit/quorum vnum preparatorium: et aliud q̄ recipitur/et datur: ita conformiter in isto sacramento sunt duo visibilia/que se habent per modum materie ꝛ forme: vnum visibile/quod fit exterius est ad significandum inuisibile interius/penitētiam scz interiorez/et quia facta ꝛ verba exteriora significant et declarant illud quod est occultum ꝛ inuisibile in corde/quod est habere odio peccatuz. ¶Item aliud visibile quod fit exterius est ad significandum illud inuisibile/quod facit deus in anima/scz remissionē ꝛ indulgentiam offense et peccati: ꝛ est ipsa absolutio/que fit a sacerdote loco dei/tanq̄ a ministro suo: vt igitur homo q offēdit esset securus de remissione ꝛ indulgentia sua: et nullo modo dubitaret: christus ordinauit/et instituit moduz penitendi/scz ꝙ homo doleat interius de offensa: et ꝙ exprimat exterius signa doloris per gemit⁹/ꝛ lachrimas/ꝛ ꝙ dicat ore suo ꝛ confiteatur culpam suam: ꝛ accuset seipsum. ꝛ etiam ordinauit/et instituit suum locumtenentem: qui loco sui audiat confessiones hominum: et absoluat et qꝛ Christus est verax/p̄dicta sunt verissima. sunt ergo cōtritio oris/ꝫfessio/ꝛ satisfactio ptes essentiales penitētie: ꝛ ipa scōm ethimologiā est pene tenētia/et si dicas ꝙ oē totū actuale suas arguit ptes essentiales actualr in eo ꝫsistētes: scz penitētia est q̄dā totū essentiale ꝛ actuale ꝫstās ex p̄dictis trib⁹ ptib⁹: ḡ eas exigit actualr ꝫtinerī: scz boc eē nō p̄t: nā qñ ē cōtritio nō ē oris ꝫfessio: aut qñ ē oris ꝫfessio/nō ē satisfactio: ōr ad maiorē ꝙ vez ē/ī pmanētibus/nō ät in successiuis quemadmodum est penitentia: nam successiua consistunt in fieri/ꝛ non in facto esse: ꝛ per hoc differunt a permanentibus.

De sacramēto extreme vnctionis.

EXtrema vnctio est sacramētum/q̄ esse opz rōne finis: quoniam sicut baptismus est rōne principij: ꝛ cōfirmatio rōne medij: sic extrema vnctio est rōne finis: i q̄ pctōr sua pctā ꝫfitet/ꝛ fatet fines formarum/qui p̄uantur in hac vita: et sic extrema vnctio est p̄uct⁹/in quo pctōr cōfitet lineas que deficiunt

in hac presenti vita per mortem/et lineas futuras in vita euiterna:et hec confessio per extremam vnctionem est sacramentum in patiente/et in agēte:ꝛ si in patiente discretio deficiat propter infirmitatem/in agente restauratur: qui facit sacramentum:sicut virtus vnius oculi deperditi restauratur in alio oculo: et sic dicendum est de baptismo ꝛ confessione tempore necessitatis in absentia p̄sbyteri: que fieri possent per alium hominem/qui non sit presbyter :fuit etiam institutum istud sacramentum extreme vnctionis ad animam' perficiendam et sanādā ab omni macula:et debilitate spūali:i quo fit remissio oīs peccati venialis quo ad culpā/sz nō quo ad penā:vnde in isto sacramēto visibile qō fit/ꝛ apparet exterius est vnctio olei consecrati per modum medicationis corporalis in septē partibus corporis determinatis/videlicet in oculis/ in auribus/in naribus/ in manibus/in labijs/in pedibus/et i lumbis:et hoc fit simul cum verbis deprecatiuis:et datur solum adultis/ꝛ postulātibus: et solum in periculo mortis: sicut enim exterius fit quedam vnctio cum oleo in corpore per modum medicationis / quod est curatiuum vulnerum:ita significatur ꝙ interius ipsa anima curatur per gratiam dei/que ei datur:et inunguntur / vt facilius euolent in celum.materia huius sacramenti est oleum simplex/et non mixtum:sicut in confirmatione/aut baptismo:ad significandum ꝙ sic oleū est nitidum:et de se significat sanitatē:q; per tale sacramentū conscientia hoīs fit munda totaliter:ꝛ hoc per gratiam que datur ei:ꝛ non datur istud sacramentum pueris: q; non peccant venialiter :requiritur etiam deuotio sursum eleuans animam :ideo non datur nisi petentibus :nec datur nisi infirmis:ex eo/quia spiritualem curationem significat :et tale sacramentum fit cum verbis deprecatiuis propter multa Primo vt per deprecationem infirmus subleuetur.Secundo vt per deprecationem anima curetur.Tertio quia hoc sacramentum datur recedentib⁹ ab alijs Christianis :ꝛ vt in manus solius dei requiescant:vnde deo anima cōmēdatur p̄ deprecationē:ꝛ ꝙuis tale sacramētū det p̄ modū deprecatiōis:hz tñ de se certitudinē:ita ꝙ semp̄ ferat:qō significat p̄ tale sacramētū:nisi fuerit ipedimētū ex pte recipiētis. ¶Dictū est de.vij.sacramētis sctē eccl'ie:q̄ sunt ornamēta illi⁹:ꝛ bona p̄ncipalia toti⁹ xp̄ianitatis :nā se hñt sicut sol/q est ornamētū orbis/inquātū ipz illuminat remouēdo ab eo tenebras/sic virt⁹ salutifera descēdit a diuinitate:q̄ ē i xp̄o per eius humanitatē i ipa sacra:ꝛ sunt ei⁹ instra :p q̄ tāgit hoiem indigētē tali virtute:et sunt etiam memorialia passionis Christi: que superat omnia peccata que fieri possunt:ideo clamat sanguis Christi ad omnes peccatores: vt veniant ad penitentiā:et recipiant virtutem ꝛ influentiā eius.

De practica veteris et noui testamenti et arte predicandi/ac.x.p̄ceptis Legis liber septim⁹

De abstinentia.



Est enim practica artis vsus eius:sicco vt p̄dicatores maiorem habeant facultatem /et materiam in suis sermonibus:practicam veteris et noui testamenti per viam alphabeti dare statuimus.Et primo de abstinentia:nam ipsa est meriti augmentatiua:auget enim merita/et virtutes:ideo voluit dominus nostros primos parentes non omni cibo vti in paradiso terrestri:sed ab aliquo abstinere:vt ex

re: vt ex obedientia et abstinentia amplius mererentur. Genesis .ij. Propter eam causam precepit deus filijs israel q̄ a multis cibarijs abstinerēt: vt Leuitici. ij. valet etiam ad habēdum sapientiam: nam Moyses ieiunauit: ⁊ post abstinē tiam meruit a deo recipere legem. Exo. xxiiij. valet ad refrenandum carnez: ideo abstinere debent clerici: nam vir qui debebat dño consecrari/ab omni eo quo in ebriari poterat/abstinebat. Numeri .vj. Non legimus saluatorem comedisse car nes/nisi de agno paschali: sed de piscibus comedit/et dedit discipulis. Joan. xxj. ¶ Item/mittens dominus discipulos binos ad predicandum dixit/edetis/et bibetis que apud illos sunt: vt .s. deberēt esse contēti appositis: nec peterent de licata cibaria. Luce. x./¶ Item/abstinentia prebet victoriam: ideo vroi mage cōtēpture Sansonē fortissimū pugnatorē angelus abstinētiā iduxit. Judic. xiij. Judich quia omnibus diebus vite sue ieiunauit: de Holoferne victoriam ha buit. Judich. viij. saluator noster cum diabolo pugnaturus ieiunauit/et ipsuz in tribus tentationibus superauit. Mat. x. abstinentia iuuat orationem: ideo dicit Thobias. bona est oratio cum ieiunio. Thobie. xij. predicauit Esdras ie iunium: quia pecturi erant a deo veniam. Esdre. viij. propter abstinentiam me retur quis indulgentiam pcōz: reliquit dominus subuersionem Ninive/et pe percit: quia a maximo vsq̄ ad minorem se ieiunio afflixerunt. Jone. ij. ¶ Item abstinere debet homo propter aliorum exemplum. Eleazarus maluit occidi/q̄ vetita manducare: vt alijs exemplum preberet. de hac materia habetur. iij. regū xvij. ⁊. xix. et Danie. xij. et. xix. et Luce. ij. ⁊ Hieremie. xxxvij. et Nu. iij. ⁊ Act. ij. ⁊. iij. Reguz. xiij. et Mat. xiij. Mar. vj. Luce. j. et Jo. xvj. et Numeri .xj. ⁊ Exo. xv. et Judi. vij. et primi Regum. xiij. et. ij. Paralipomenon. ij. Judi. ij. et Regum vij. et. iiij. primi. et Judich. iiij. Hester. iij. ca. iiij. et Math. xxvj. et Regum. xxj. et tertij. xiij. ⁊. ij. Mach. et Actu. x. ¶ Sequitur de acceptione. accipere non debet homo munera pro impensis seruitijs: ideo Habraam noluit accipere multa/q̄ ei offerebat rex Sodomoz p victoria quam fecerat de inimicis suis: ne seruitium vendere videretur. Gene. xiiij. ¶ Item acceptio munerum generat ⁊ nutrit proditionē. Balida propter munera que recepit a Philisteis/tradidit Sā sonem Judich. xvj. Est etiam causa symonie: nam dicitur de filijs Samuelis: q̄ declinauerunt post auariciā: et susceperunt munera. j. Regum. viij. accipere pos sunt tñ munera a diuitib⁹ pauperes deo seruientes ad deum placandū: in cui⁹ figura Jacob misit fratri suo munera: vt placaret eū. Gen. xxij. ⁊. xxxij. accipi nō debent munera de alieno aliquo: sed de proprio: vt deo sit placituz: ideo Danid noluit offerre sacrificiū de alieno munere. ij. Regū. xxiiij. De hac materia habet Hieremie. xl. ⁊ Danielis. v. et Numeri. xxij. ⁊. ij. Reguz. xvj. et. ij. Macha. iij. et Math. xxvij. et Act. xxiij. et Judi. xij. ⁊. iij. Regum. xv. et. j. Mach. xij. et. iij. et iij. Regū. v. ij. Mach. ij. et. iij. et. ij. Mach. iij. et Act. vij. ⁊ Exo. xxxvj. ⁊. iij. Regū. x. et Hester. ix. et. ij. Paralipo. et Math. ij. de magis/q nōde alienis/ſz suis aurū/thus/⁊ myrrhā dño obtulerūt. ¶ Accidiosi repbēdēdi sunt: ⁊ sollicitādi a diuinis patribus et platis: ideo Jacob accidiosos filios increpauit: et sollicitauit/dicēs. qd negligitis? ⁊c. Gen. xlij. Accidia causa est oium pcōz: vñ filij israel māducātes panē angelorum ociosi murmurantes ⁊c. Numeri. xj. Danid tēpore

De acceptōe.

De accidia.

belli manens otyosus in domo adulterium ⁊ homicidiū perpetrauit.ij.Regū ij ⁊eū dormirēt boies:inimicus hominis seminauit zizaniam.Matt.ij.De hac

De adulatoribus. materia hꝝ.ij.Parali.xv.⁊.xxv.⁊ Matth.xx.⁊ Jone.j.et Mat.xxvj.¶Adulatores et falsi prophete dicebant Achas prospera de bello futuro:sicut ei placere credebant.iiij.Regū.xxij.Herodi impio clamabat populus voces dei /desiderans ei complacere. Act.xij. adulatores displicent sapientibus / quibus placere credunt per suas blandicias:nā adolescens quidā narrans Dauid mortē Saulis inimici sui credens ei placere fuit occisus .ij.Regū.j. adulatores laudant in facie :et in absentia detrahunt:contra quorum consuetudinem saluator noster recedentibus discipulis Jo.cepit multipliciter multum commendare:quem in eorum presentia non laudauit .Matbei.xj.pharisei volentes Jesum capere in ser-

De ambitione. mone :et postea ipsi detrahere/ ipsum laudare ceperunt in facie:dicentes/magister scimus ꝙ verax es ⁊c.Matth.xxij.De hac materia habetur.j. Regum.xv. et Hester .j.⁊.v.et .ij .Mach.vij.et.ij.Reg.xv.¶Ambitiosi deo ⁊ alijs detrahūt: vt ipsi magis appareant:sic Maria et Aaron ambientes dominiū populi detrahebant Moysi dicentes / nobis locutus est deus ⁊c.Numeri. xij. ambitiosi non timent sanguinem fundere/⁊ multa mala committere:vt liberius valeant dñari:vñ Abimelech callide procurauit eligi per amicos in dñm:qui postea. vij. fratres eius occidit:⁊ multa mala fecit.Judicū.ix.ambitiosi semper magna ꝓsumptuose de se loquuntur :et ideo Holias dicebat presumptuose . vtinaz daret mihi aliquis populum istum sub manu mea:et auferret Abimelech de medio .Judicū .ix.dicebat Seron.faciam mihi nomen /glorificabor in regno:⁊ debellabo Judam:⁊ ipse prius fuit debellatus.Macha.iij.dominiū ambitiosorū cito transit diuino iudicio.Ptholomeus regnum Alexandri voluit occupare ambitiose:ſz parū gauisus est:eo qꝛ die tertia defunct⁹ est.Ambitiosi vt plurimū sunt simoniaci:nā qꝛ Jason summū sacerdotiū cupiebat :ideo pmisit Antbiocbo.cccl.x. talēta /⁊ multa alia :tñ modico tpe fret⁹ē honore:qꝛ Menelaus obtinuit.ij.Mach.iiij.Simon magus ambiens potestatem spiritusctō voluit illā pecunia comparare.Act.viij.Ambitiosi et superbi plus dolent de paucis / qui non honorant eos:ꝙ letentur de multis/qui eis obediunt :talis fuit Amā/qui plus dolebat de Mardocheo eum adorare nolente/ꝙ letaretur de alijs/qui eum cottidie adorabant.Hester.v. De hac materia habetur Numeri.xvj.et.ij. Regum.xv.et.j Mach.vij.et Judi.ix.iij.Regū.xij.et Mach.xv.et.ij.Regū.j.et

De amicitia. Judi.j.et.iij.Regum .xvj.¶Amici debent communicare omnia temporalia ⁊ spiritualia amicis :ideo Labar vocatis amicis fecit Racheli nuptias:et despōsauit eam.Genesis xxix.dilexit Dauid Jonathan sicut animam suam: et expoliauit se tunica sua:et dedit ei.j. Regum .xviij. patens exemplum ponit saluator noster de illo/qui vadit media nocte ad amicum :et petit sibi communicare panes.Luce .xj. Amici debent simul habere de suis negocijs secretum colloquium :ideo loquebatur deus Moysi de agendis/sicut solet loqui homo cum amico.Exo.xxiiij. Tres amici Job venerunt consolari eum:et loqui cum eo. Job .ij.saluator noster cum dilexisset suos qui erant in mundo / in fine dilexit eos:⁊ faciens eis sermonem familiariter loquutus est eis.Jo.xij.Amici debent

debēt esse fideles:⁊ynus alium non debet deserere:sed verbis/et factis inuicē se amare:ideo Ruth dixit Noemi.quo perrexeris/pergam:et vbi stabis/stabo. Ruth .j.Amicitia malorum est destruenda:ideo prophetа Hie.dixit ad Josaphat habens qui oderant dominum auxilium prebes:et cum eis amicitiā adiūgis :ideo iram dei merebaris. ¶Paralī.xix.Duo pessimi homines, Herodes et ¶Pilatus facti sunt amici in morte xp̄i .Luce.xxiij.ideo amicitia contrahenda est cum bonis/ et potentibus/ et sapientibus viris:ideo rex Alexander scripsit Jonathe.audiui q̄ potens es:et actus esse amicus noster.j.Machab.x.De hac materia habetur Luce.xvj.et Hester.v.⁊.j.Regum vltimo et.iij.Regum .iij. et iij.Regum.xvij.et.j.Machabeo.vj.et.j.Machab.vij. ¶Amor dei misericordiā obtinet:ideo daturus dominus legem Moysi dixit.Ego dominus faciens misericordiam his qui diligunt me :et custodiunt̄ precepta mea.Exodi.xx.ob hāc causam post decem repetita mādata dixit Moyses. diliges dominum deum tuum : et ideo post posuit:et si in aliquo preceptorum offendimus/ q̄ dilectionem dei et misericordiam habeamus .Deutero.vj.Amoris dei preceptum principium /et finis est omnium mandatorum:ideo dicit Moyses populo.quid petit deus a te/ nisi vt ambules in vijs eius :et diligas eum:⁊ deutero.xj. ¶Paulus dicit.si quis non amat deum:anatema sit:ac si diceret /talis nullum preceptum seruauit .j.Corinthio.xvj. hoc est etiam quod ¶Paulus dicit.Si linguis hominum loquar et angelorum.vbi ostendit q̄ nullum bonū fieri potest sine dilectione dei.j.Corinthio.xiij. ¶Amor proximi est verus/quando pro eo oram⁹/sit bonus / aut malus : ideo Abraam sollicite orauit deum /vt parceret sodomitis: quod fuit signum magne dilectionis.Gen.xviij..Amare debet homo proximū sicut seipsum :ideo reprehensus est grauiter Caym:qui dixit non se esse custodē fratris sui/sicut suispsius.Gen.iiij.debet etiam amare proximum ostendendo ei compassionem in eius aduersitatibus:vt Dauid in planctu Saul.ij. Regum.j. idem in occisione Abner.ij.Regum.iij.et Absalonis.debet etiam homo amare proximum/ei subueniendo:vt fecit Thobias multis.Thobie.j.⁊ xp̄s samaritano.Luc.x.etiam debet amare in dimittendo iniurias :⁊ hoc dixit dom⁹ Petro Matthei .xvij.⁊ xp̄s et Stephanus orauit pro persecutorib⁹. Luce . xxiiij. et Actuū.vij. ¶Amor carnalis non debet cogere prelatum:vt det bona ecclesiastica suis consanguineis:vt patet de Moyse.Numeri.vij.non legimus Moysen dedisse aliquod officium filijs suis :sed orauit deum prouideret populo suo de duce idoneo.Numeri.xvij.sic de Josue filijs Israel.Josue.xvij. nec Christus aliquē ex suis consanguineis fecit caput ecclesie. Heli non curauit de morte filiorum : sed de captione arche: nec Dauid de morte sui paruuli . Regum .xvij. nec mulier illa de morte septem filiorum .Matthei.vj.semper diuina preferri debent temporalibus:vt faciebant iudei contra chamorem. Machabeorum.vj. et saluator. quicunq̄ fecerit voluntatem patris mei/ille est meus frater⁊c. Mathe.xvj.etiā impedit cōsolationes diuinas:ideo dixit xp̄s Petro.caro⁊ sanguis nō reuelauit tibi.ostēdēs q̄ caro prauas reuelatiōes ostēdit.Mat.xvj.⁊ Paul⁹ Gal.j.q me segregauit ⁊c. ¶Angeli boni ꝓreuelant secreta hominib⁹ bonis: vt

De amore dei.

De amore proximi.

De amore carnali.

Angeli boni

vt Abrae. Gen. xviij. & vroxi mage conceptionē Sansonis. Judi. xiij. & Helie de nūcijs Ochosie. iiij. Regū. j. & Danieli multa fuerūt reuelata. Danie. ix. x. & xj. et Zacharie reuelauit angelus conceptionez/ & vitam precursoris. Luce. j. Marie etiam modum incarnationis. Luce. j. & Magdalene & socijs suis resurrectionez Christi. Mat. xviij. & Luce. xxviij. & Jo. xx. & aduētū Christi apostolis i die ascē sionis. Actu. j. & dominus Jesus Christus reuelauit Johanni euangeliste diuer sa secreta: vt in Apocalypsi. Adiuuant etiam angeli: vt patet de Loth de pe riculo sodomitaz. Gene. xix. & liberauit angelus Thobiaz a deuoratione piscis Thobie. vj. & tres pueros liberauit de fornace. Danielis. iij. & Petruz a carce ribus. Actuū. xij. dirigit etiam angelus homines: vt Abram. Gene. xvij. direxit populum dei a maledictione Balaaz prohibendo ei. reuelauit angelus Joseph integritatem virginis Marie: et intentionem firmam. Mat. j. docent etiam an geli homines: in cuius figura vidit Jacob angelos ascendentes & descendentes scalam. Gene. xxviij. et pugnāt: astitit angel⁹ dñi inter castra egyptiorū: & populū israel. Exo. xiiij. increpauit: vt ptz de filijs israel. Judic. ij. & cōsolant timidos vt patet de Gedeone. Judic. vj. sollicitāt ad bonuz: excitauit angel⁹ apostolos vt loquerent ad plebez. Actu. v. & Philippū. Actuū. viij. & etiam ducūt ad portuz salutis: in cuius figura duxerunt Jacob ad patrem suum. Gene. xxiij. & populū in terrā promissionis. Exo. xxiij. & Thobiā ad patrē suū. tbobie. ij. & ipaz Judith. xiij. Judich. & mēdic⁹ portat⁹ est ab angelis in finu Abrae. Luce. xvj. ¶ Angeli mali cruciant fideles: in cui⁹ figura loquit spūs dei malus eragitabat Saul: q dicit spūs dei: qz potestate dei pōt/ qcqd pōt. j. Regū. xvj. Cruciauit Job promis sione. Job. j. et filiā cananee/ quā Christus misericorditer liberauit. Mat. xv. & il lum demoniacū/ de quo habetur Luce. ix. & malus angel⁹ habet potestatem su per luxuriosos/ vt habetur de illo/ qui occidit. viij. viros. Thobie. vj. & de Magdalena. Mat. vj. facit etiam hominē crudelē: qō figurant illi demoniaci/ de qui bus dicitur Mat. viij. petierunt demones a domino intrare in porcos ꝓpter immundiciā possessorū ab eis. Luce. viij. & x. & facit etiam hominem mutū/ & ce cum a sui cognitione ad cōfessionē. Luce. xj. demones virtute diuina eiciuntur naz Paul⁹ virtute diuina curauit illā puellā/ de qua Actu. xvj. sunt etiā mēda ces. Luce. iiij. ¶ Quod aīa sit immortalis/ probatur per exēpla defunctorū: dicit de Abram ꝙ appositus est ad populum suum: ex quo probatur ꝙ in alia vita habet populū sez illos q bene vixerunt/ sicut & ipse vixit: & simile dicit de Isaac/ & Jacob. Gene. xxv. xxxvij. apparens dominus Moysi dixit. ego sum de⁹ Abrā/ Isaac/ & Jacob. Exo. ij. & Mat. xxij. dixit: nō est de⁹ mortuorū/ sed viuorum. fre quenter legimus in libro Regum: dormiuit cū patribus suis. Ex qbus verbis ꝓbatur eos viuere. probant etiā immortalitatē aie loca ad que vadunt: vt habe tur de Joseph. d. descendam ad filiū meum ad inferos. Gene. xvij. & de Chore & cōplicibus suis dicitur. descenderunt ad inferos. Numeri. xvj. & Thobias/ vitā illaz expectamus quā dñs daturus est suis/ qui fidē eius nō mutāt. Thobie. ij. de Nabuchodonosor dicit iferi⁹. cōturbat⁹ est i aduentu tuo. Isaye. xiij. hoc etiā ostēdit fides: si enī Saul nō credidisset Samuelem scōm aīam viuere/ nō cōsuleri petijsset. j. Regum. xxviij. & Dauid dixit de suo filio: ego ibo ad eum: ipse non

De angelis malis.

De aie immortalitate.

reuertetur ad me.ij.Regum.xij ex septem statibus colligitur aperte animas viuere post hanc vitam.ij.Mach.vij.probatur etiam resurrectio mortuorum. Helias resuscitauit puerū hospite sue:quod non potuisset/nisi anima viuisset.iij. Regum.xlij.et saluator noster vocauit defunctum /ac si viueret/dicens.surge & ambula.Luce.vij.et Helizeus.iij.Regum.iiij.et de puella.Math.x.et de Lazaro dixit Christus.veni foras Lazare.Jo.xj.idem probat Christus dicens/ nolite timere eos qui occidunt corpus/animam autem non possunt occidere.Mat thei.x.probant etiam immortalitatem anime sctōrum testimonia:qui fuerunt a spiritusancto docti:vt de Stephano legitur:qui cum lapidaretur/dicebat.dñe Jesu Christe accipe spiritum meum.Act.vij.& Paulus.ij.Corin.iij.habemus domum factam in celis.idem.cupio dissolui/et esse cum Christo.. Phi.j. ¶ Apparuit dominus aliquando /vt instrueret nescios:et sic instruxit Adam/ne de ligno vite comederet.Gene.ij.et Noe apparuit:vt faceret archam.Gen.xxj.& multotiens Moysi.Exo.iij.et Josue/instruendo.Josue.j.iij.vij.et.xij.et.xx.et spiritussanctus apostolis.Act.ij.et Petro/et eum de carnali conuersione instruxit Act.x.et Paulo.Act.xxiij.& aliquando apparuit ad corrigendum deliquentes:vt primos parentes pro peccato.Gene.iij.et Caym.Gene.iiij.et Abimelech Gene.xx.et Salomoni.iij.Regum.xj.et Paulo.Act.x.apparuit dñs qñq; promittendo mercedem querentibus et sapientibus se:sic apparuit Abrae promittens dare semini suo illā terrā.Gene.xij.& Salomoni.ij.postula quid vis.iij.Regum.ij.apparuit qñq; defendendo/sicut Jacob.Gen.xxviij.et Dauid promittendo in bellis auxilium.j.Regum.xxiij.& .xxix.apparuit aliquando ad testificandū veritatē/sicut supra xp̄m baptizatū spūssanctus visus est:paterna vox audita est.hic est filius meus dilectus.Math.iij.et in nube testificās xp̄m filiū dei esse.Mat.xiiij.apparuit aliqñ ad consolandum:vt Jacob in psecutiōe Esau Gen.xxviij.& xp̄s prīo marie Magdalene apparuit:deide Petro:postea duob⁹ discipulis.Math.x.et Luce vltimo.apparuit aliqñ ad p̄bandū:sicut Abrae super sacrificio sui filij.Gen.xxij. ¶ Aspectus incaut⁹ fuit i Eua.Gen.iij.& Caym transgrediendo preceptum commisit derisionis erga patrem peccatū. Gene.ix. tunc Abraā ne ex incauto aspectu homicidiū sequeret/dixit vxori.si viderint te egyptij/occident me:& te reseruabūt.Gene.xij.etiam fauet lasciuis:nā videtes filij dei filias hoīm/q̄ erāt pulchre/in vxores acceperunt.Gen.vj.Dauid aspiciens incaute Bersabe in adulteriū incidit:deinde in homicidium.ij.Regum & Susanā malo aspectu aspexerūt duo boies.Danie.xiij. ¶ Astuti sunt inuitatores diaboli:vt serpens q̄ astutia quadā primaz mulierem decepit.Gene.iij.sunt etiā deceptores sociorū suox:sicut Labam/qui Jacob deciperevolvit.Gen.xxiij. & .xxv.etiā sui filij.Gen.xxvij.idē Josue facere voluerunt.Josue.x.astuti sunt simulatores/fingentes esse q̄ nō sunt:callide cogitarūt se Pharisei mōstrantes se velle honorare Jesum/dicētes.Scimus q̄ verax es/volētes eū capere in sermone.Mat.xxij.similit fecerūt de muliere i adulterio deph̄ēsa Jo.viij.sunt etiā tyrānī.Monas diuersas cogitauit astutias:vt filios Jsrael extirparet.Exo.j.& v.& de Saule cōtra Dauid.j.Regū.& Jesabech cōtra Naboch.iiij.Regū.xj.& Herodes tyrānus impius callide cogitauit occidere xp̄m.Mat.ij.astutias subtiles

De apparitionibus.

De aspectu incauto.

De astutia.

inueniunt inimici: vt vnus alium possit superare: vt phariſtici qui callide contra philistum cogitauerunt: ne faber aliquis esset: qui gladios faceret in Israel: vt eos facile superarent. j. Regũ. xiij. sub specie sacrificij fecit Jeroboan vitulos aureos: ne fieret sacramẽtũ in Hierusalẽ. iiij. Regũ. xij.

De auaricia

¶ Auari sunt litigiosi: sub cuius figura Laym/ qui interpretatur possessio Abel fratrem suum interfecit. Gen. iij. auari nunq̃ tpalibus satiantur: in cui⁹ figura dicit Laym edificasse ciuitatẽ: et non Abel. Gen. iij. peruertunt etiam iudicium et veritatem in falsitatem Balaã seductus auaritia benedictionem populi in maledictionem conuertit. Numeri. xxij. et filij Samuelis auaricia iudicium peruerterunt. j. Regũ viij. auari derici simoniam comittũt. Menelaus propter pecuniam quam promisit Andronico summum sacerdotium concupiuit. ij. Mach. incurrunt etiã multotiens mortẽ ppter cupiditatẽ. Achor cupiditate duct⁹ tulit de anathãte ıõ fuit morti iudicat⁹. Josue. vij. auari vt pecuniã habeãt: pditiões exercercẽt: ꝛ amicos supplãtãt: nã Balida ppter pecuniã tradidit Sãsonem. emẽtes bonũ/ ꝛ villaꝝ mobiliũ ꝛ imobiliũ sunt expulsi a cena magna/ quã dñs ppauit. Lu. xiij.

De auditu verbi dei.

¶ Audiri dꝫ vbũ dei cũ credulitate i fide: ıõ Aarõ cũ loquut⁹ fuisset verbũ dñi ad populũ credidit: et adorauit ipsum. Exo. iij. post aduẽtũ spiritussancti multi qui audierunt verbum dei crediderunt. Act. iiij. audiri dꝫ verbũ dei cũ reuerẽtia: ideo Eglon rex statim surrexit de solio: quando Riot magnam reuerentiã verbi dei adhibuit. Judi. iij. audire verbum dei non sufficit/ nisi homo impleat opere id qõ audit: ideo dixit ppꝛs Moysi vna voce. oĩa verba que loquut⁹ est dñs/ faciem⁹. audit⁹ vbi dei ꝙerti facit pctõres ab erroꝛe: ideo dicit dñs bieſ. noli subtrabere verbũ ꝛc. Hiere. vj. post p̃dicationẽ xp̃i in naniculã/ Petrus ꝛ alij discipuli relictis oĩb⁹ sequuti sunt eum. Luce. v. audire verbum dei nolunt mali ꝛ icoꝛrigibiles: ideo dixit Moyses dño. filij Israel non me audiunt: quomodo audient me foꝛis? Exo. v. Achab nolebat audire Micheã. iij. Regũ. xxij. ꝛ idꝫ de domo Israel. Eze. iij.

De auiditate mulieruꝫ.

¶ Auide sunt mulieres semp de sibi phibitis: vt pꝫ de Eua. Gen. iij. ꝛ de vroꝛe Loth. Gen. xix. ꝛ de Dina/ q̃ ꝛ licẽtiã pꝛis voluit videre mulieres regionis: ꝛ oppꝛssa est a Sichem. Gen. xxxiij. sunt etiam mulieres auide habere filios: vt opprobꝛio sterilitatis careãt: ita Sarra desiderabat filios: sed Abraam potius voluit habere filios de ancilla: credẽs de se nũq̃ filios gnãri

De baptismo.

posse. Gen. xvj. idem de Raphaele. Gen. iij. et hanna. j. Regũ. j. filie Loth potiꝰ voluerunt hꝛe filios de pꝛe ppꝛio/ q̃ nõ hꝛe: et illa q̃ rapuit aliũ. iij. Regũ. iij. Auide sunt scire secreta viroꝝ: vt pꝫ de vroꝛe Sansonis. Judi. xiij. sunt ẽt auide ad vidictã: vt Hester nono: ꝛ de capite Jo. qõ desiderauit Herodias muliercula illa. Mat. vj. sunt etiã auide secreta coꝛdis sui exprimere: vt pꝫ de Rebecca Gen. xl. ꝛ de puella noie Rode. Act. xij. baptismus figuratus fuit p mare rubꝝ in quo fideles Israel liberati sunt. Exo. xiiij. ꝛ p Elizeũ/ q salẽ in aquã misit: vt ei⁹ sterilitas sanaret. iij. Regũ. ij. ꝛp Naamã. iij. Regũ. v. ꝛ ppbetizatus fuit p Eze. xxxvj. ꝛ p Jo. baptistã. Mat. iij. ꝛ xp̃s ꝙsecrauit/ ꝛ ordinauit ipꝫ. Mat. iij. ꝛ pcepit ipꝫ accipere. Jo. iij. ꝛ Mat. xxviij. ꝛ ostẽdit salutẽ eẽ in ipo. Mat. vltio.

De benedictione dei.

¶ Benedixit dñs existẽtib⁹ i matrimonio. Gene. j. ꝛ Noe/ et filijs suis. Gen. viij. ꝛ etiã obedientibus pceptis eius: ideo dixit Abraã/ egredere de terra tua: ꝛ bene

dicam tibi. Geñ.xxj.et xps bñdixit i mõte Oliueti eleuatis manibus oĩbus obediẽtib⁹. Luc.xxiiij.ꝛ bñdixit tribulatis:vt ptz de Abraã. He.xvij.ꝛ Job.xlij.etiã bonis iuste operãtib⁹:nã benedixit Jsaac. Geñ.xxvj.ꝛ Job i eodẽ.ꝛ Job.j.ꝛ vocabit in die iudicij benedictos. Mat.xxv.benedicit de⁹ recipientibus pauperes vt dicit de Job. ad Labã. Geñ.ij. ¶ Benedicere dz hõ deũ p obtẽtis victoriis corporaliũ et spũaliũ:ideo Melchisedech occurrens Abrae post victoriã quam habuerat de quatuor regib⁹ deũ p obtẽta victoria bñdixit. Regũ.xiiij.et Dauid post victoriã de Golia fecit psalmũ:vcz bñdict⁹ de⁹ me⁹ q docet ꝛc.j.Regũ.xvij. idem fecit. Hozias Judi.xxj.sub Juda machabeo edificato altari devictoria obtẽta ppls benedixit deũ.j. Mach.iiij.idem de Heliodoro.vj. Mach.vj.Benedicere dz hõ deũ pro acquisita sapiẽtia:vt de Salomone.iij.Regũ.vj.ꝛ Thobie iij.de sapiẽtia filij.ꝛ Dañ.xij.etiã p pfectiõe cuiuslibet opis/sicut Salomõ edificato tẽplo.iij.Regũ.viij.ꝛ Nee.nono.cõpleto muro Hierusalẽ benedixerũt deũ leuite ꝛ Simeon etiam. Luce.iij.etiã in electione boni plati:ideo facto principe Asath ad cõfitẽdũ dñm sequit/bñdict⁹ de⁹. Paralij.xvj.et Esdre.vij.dz etiã in oratione ideo Sarra filia Raguelis dixit.benedicã noĩ tuo de⁹/q cũ not⁹ fueris misericordiam facis. Thobie.iij.ꝛ post ascẽsionẽ dñi erãt discipuli i tẽplo benedicentes dñm. Luce.x.et.xxiiij.ꝛ etiã p euasione tribulationũ:vt fecit Raguel/ꝛ vxor eius Thobie.viij.et tres pueri in fornace/et Nabuchodonosor. Danie.iij.ꝛ Petrus prima Petri.iij.debet etiam benedicere deum p beneficijs receptis: ideo Thobias ꝛ filius benedixerunt deũ Thobie.xiij.idem Zacharias. Luce.xxiij. ¶ Dz ẽt hõ bñdicere hoiez p bonis opibus:iõ p victoria hĩta a Sarra dr.bñdicta iter mulieres Jabel. Judi.v.idẽ Ozias. Judi.xiij. dz hõ benedicere filijs suis/sicut Jsaac Jacob.geñ.xxvij.ꝛ idẽ pr̃ Esau. Ge.xxvij.ꝛ Jacob filio suo Joseph. Gene.xlviij.ꝛ Raguel filiã suã. Tho.vij.ꝛ veniẽte Maria ad domũ Elizabet/exclamauit dicẽs/bñdicta tu i mulieribꝫ ꝛc. Luce.j.ꝛ plati dñt bñdicere subditis:iõ dixit de⁹ Moysi.sic bñdices filijs isr̃/bñdicat tibi dñs de⁹ tu⁹:ꝛ custodiat te. Nume.vj.idẽ Aarõ. Leuit.ix.ꝛ Balaã lz mal⁹. Nume.xxiij.ꝛ Salomõ bñdixit oi ecclesie isr̃.iij.Regũ.viij.ꝛ Dauid.i.Para.xvj. ¶ Jtẽ bñdicere dz hõ paup bñfactorib⁹ suis:iõ dixit Moyses ppl̃o suo.nõ pnocabit apõ te pugn⁹ paupis:vt dormiẽs i vestimẽta bñdicat tibi. Deut.xxiiij. ¶ Benign⁹ est de⁹ petẽtib⁹ eũ exorantib⁹:dixit dñs Moysi/q lz ppls iste dure ceruicis sit:dimitte me:vt irascat furor me⁹:ꝛ deleã eos.q̃si benigne diceret:tu tenes me orãdo pro eis. Exo.xxij.idẽ Hiere.vij.ẽ ẽt benign⁹ tribulatiões sustinẽtib⁹:iõ fugiẽti Jacob irã pr̃is/dñs benigne apparuit:ꝛ libertatẽ benigne ei tribuit. Ge.xxxj.idẽ fecit Moysi. Nu.xij.ꝛ.xxiij.ꝛ Helie angustato cozui carnes ꝛ panes dei benignitate ferebãt.iij.Regũ.xviij.idẽ de daniele exũte i lacu leonũ. Da.xiiij.ꝛ de discipl̃is i recessu. Jo.xiij.ꝛ petrũ fluẽtẽ i mari dñs benigne liberauit. mat.xiiij.ꝛ Stephano dñs celũ aptũ/ꝛ se ipsum benigne osidit. Act.vij.ꝛ Johãnẽ exulãtẽ reuelatiõib⁹ benigne ꝟsolat⁹ est apocaly. p totũ:ꝛ est maxime benign⁹ iustis:iõ Jacob dicebat:nõ dimittã te/ nisi prius benedixeris mihi. Geñ.xxvij.idẽ Ezechi. Para.iij.ꝛ benigne defendit tẽpore passionis xps discipulos dicẽs.si me queritis/sinite hos abire. Joan.xvij. ¶ Benignus est dñs preliantibus pro iusticia: ideo obediuit benigne Josue

Be bñdictione bois ad deum.

Be bñdictõe bois ad hominem.

Be benignitate dei.

dicenti/ sol non mouearis. Josue.x. idē Gedeon. Judi.vj.ꝛ Dachabeus a deo bis recepit auxiliū.ij. Dach.xj. est etiā benignus peccatorib⁹:ꝛ spāliter volēti bus penitere/ꝛ sic benigne pepcit. Dauid.ij. Reg.xij.ꝛ.iiij. Regū.xliij.ꝛ benigne xps cū pctōrib⁹ māducauit. Dat.ix.ꝛ de Daria Dagdalena habeꝫ Luce.vij. ꝛ de filio pdigo. Luce.xv.ꝛ de Zacheo publicano. Luce.xix.ꝛ latroni benigne p̄ misit padisum. Luce.xxij.ꝛ Thomā nō credētē nō repulit. Jo.xxj. benign⁹ est dñs infirmis/ deus sanat oēs lāguorē. Dat.iij.ꝛ.ix. benigne mūdauit leprosū

De blasfemia in deū

Dat.vij.ꝛ de muliere sanguiflua eam mūdauit. Dath.ix. ¶ Blasfemi in deū grauiter puniuntur:nā fili⁹ mulieris Jsraelitice/qui blasfemauerat deū iussus est a dño lapidari. Lenit.xxiiij.ꝛ de viro dei/qui dixit ad regē Jsrael/qui dixerat deus montium ꝛc.iij. Regum.xx.ꝛ.xviij. de pcussiōe quā dñs fecit ꝓpter blasfemiam/ꝛ.j. Regum.ij. de Hely/q dixit filijs suis. Si peccauerit vir in virū/placari pōt ei de⁹:si aūt in deū/quis orabit ꝓ eo?et.iij. Regū.xviij.ꝛ Jsaye.xxxvj. de Ezech.q ꝓhibuit populo nō respōderet rasaginis:q respōdēdo peiores efficiebant. ¶ Blasphemia ex magna supbia trahit originē:nā Nabuchodonosor dixit trib⁹ pueris.qs est de⁹/q eripiet vos de manu mea? Daniel.iij. de Holoferne indignato habeꝫ Judith.vj.ꝛ de Nichonori ptāte in terra.ij. Dach.xv. Itē cū saluator noster eiecisset demoniū/pharisei blasfemabāt dicētes:in beelzebuth ꝛc.

De castitate.

Datth.xv. ¶ Castitas cōseruat in societate bonox:ꝛ depdit in societate malox in cui⁹ signū parētes primi dū i paradiso fuerūt/erāt casti:sꝫ postq̄ eiecti fuerūt cōuersantes i terra cognouit Dadā vxorē suā. Gen.iiij. castitatē frāgētes ꝺ ꝓceptū dei grauiter puniunt:nā cū Sichē violasset diuā/filij Jacob fratres ei⁹ Sichē ꝛ patrē ꝛ populū interfecerūt. Gen.xxxiij. post debellationem madianitarum iussit Doyses corruptas ingulari/ꝛ vgines reseruari. Nume.xxj.ꝛ de Amō ꝓpter violētiā thamar occisus ē ab Absalōe. dicebat Sarra. tu scis dñe/q nūq̄ cupiui virū. Thobie.iij. idē de Joseph. Gen.xxxix.ꝛ de Susana. Dan.xiij. vgo Daria nō oblita votū castitatis tenere dixit:quo fiet istud ꝛc. Luce.j. castitatē marie debēt seruare sacerdotes ꝛ ministri dei:in cui⁹ figura dr/q mūdi debēt esse a mulieribus/q panes sacerdotales māducauerūt. j. Regū.ij. vt ptz ꝺ Heliseo. iiij. Regū. ij. ꝓpter illō dicit xps/q i alio seculo neq̄ nubēt/neq̄ nubent. Dat.xxij. Stephan⁹ mulierib⁹ ꝓposit⁹. Actu.vj. caste debēt viuere relicte vidue: iō Judith p⁹

De casu i peccatum.

morte marti suī nō cognouit aliū. Judith.ꝛ de q̄dā vidua habeꝫ Luce.ij.ꝛ nō sufficit sola castitas sine alijs vtutib⁹:vt habeꝫ Dat.xxv. Cadūt i pctō aliq̄ bōi:vt fecerūt ꝑmi parētes. Ge.iij.ꝛ Loth. Gen.xix.ꝛ Dauid.ij. Reg.xj. Judas cecidit/ꝛ Petr⁹ q erāt socij/ꝛ discipuli xpi:qꝝ vn⁹ tradidit xpm:ꝛ alter negauit. Dat. xxvj. iō q se extimat/ꝛ sanct⁹ ē:videre dz ne cadat. cadūt in pctm aliq̄ bōes doc-

De cōfessiōe bonorum.

ti multis donis/qb⁹ se tueri debebāt:nā angeli ceciderūt. Jsaye.xiij. etiā Salamō.iij. Regū.xj.ꝛ fortissim⁹ Sanson. Judith.xv. ¶ Cōfessio pctōrū dz esse accusatoria:ꝛ nullū dz excusare pctm:ad qō monebat de⁹ Dadā/vt recognosceret/ꝛ accusaret pctm. Gen.iij. repbensus Dauid a Natā pctm suū pa tēter/ꝛ humiliter est cōfessus.ij. Regū.xij. Seuiebat ad Jo. ois Juda cōfitēs pctā sua. Dat.j i hui⁹ figura dicit xps leprosis.ite/ꝛ ostēdite vos sacerdoti b⁹. Luce.vij. ꝓdicante Paulo/multi veniebāt ad eū confitētes pctā sua. Actu.xix.ꝛ dz esse cōfessio cū spe ve-

nie: ⁊ non cum desperatiõe: ideo cõfessio Caym deo non placuit: et sibi nõ ꝓ fuit. Gen.iiij. idē de iuda. Mat.xv. ⁊ dz esse cū ꝓposito ulteri⁹ nõ peccādi: ideo lz Pharaõ diceret peccaui dño/nõ ꝓfuit: qz nõ intēdebat desistere a pctõ. Exo.x. Idem de Saule. j. Reg.xiij. Inducit aliqñ cõfessio tribulationē: cū eñ hõ tribulat⁹ cogitat/ꝙ ꝓ pctis suis patitur/⁊ dño cõfitet: ideo dicit psalmista. multiplicate sunt infirmitates eorũ ⁊c. afflicti filij israel dixerunt. peccauim⁹. Judi. x. et idē tres pueri/de qb⁹ Dani.iij. ⁊ ipe Daniel/q vir pfect⁹ erat/dicebat oꝛādo/peccauimus. Dani.v. ¶ Confidēs ⁊ audax dz hõ esse ad arguēda vicia: nõ Moyses cõfidenter multotiēs arguit Pharaonē. Exo.v. ⁊ Dauid Nathaz. ij. Reg.xij. ⁊ Helias Achab. iij. Regũ.xviij. ⁊ Stephan⁹ iudeos. Actu.vij. ⁊ Paulus eligina Actu.xiij. ⁊ cõfidenter dz homo annũciare q̃ audiēda sunt: ideo Helias cõfidēter retulit Hozie regi. hoc dicit dñs. iiij. Reg.j. cõfidenter etiã debēt boies pugnare ꝓ fama: sic Ezechias cõfidēter ad pliũ bellatoꝛes cõfoꝛtabat. ij. Para.xxxij. magne cõstātie fuit Neemias/q ab inimicis nõ potuit terreri. Nee.vj. iudas dixit soc̃is timentib⁹ multitudinē hostiũ/absit/vt fugiam⁹. j. Mach.ix. pugnāte Jonatha fugerũt soc̃i: sz uidentes eum foꝛtiter pliari/reuersi uictoꝛiam habuerunt. j. Mach.xj. cõfidenter dz hõ loqui: ⁊ p̄dicare publice ueritatē: ut ptz de Mardocheo. Hester.iiij. cec⁹ illuminat⁹ a xp̃o audacter cõfitebat iudeis ⁊ phariseis ueritatē miraculi. Jo.ix. idē de Petro. Actu.ij. ⁊. iij. ⁊ de Paulo. Act.xix. ⁊. xxj. cõfidēter dz hõ petere qõ iustũ ē: sic fecit Bersabe a Dauid/ꝛcz ꝙ Salomõ fili⁹ ei⁹ regnaret. iij. Regũ. j. audacter/lz idiscrete petijt mater filioꝛ Zebedei ꝓ filijs eos sedere cũ xp̃o. Mat.xx. de Chananea q̃ liberatiõem filie a dño postulauit. mat. xv. ⁊ de Jobãne. Jo. ij. ⁊ de Joseph/q audacter petijt coꝛp⁹ Jesu xp̃i. Mat.xxvij. ⁊ petrus dicit magnatib⁹/obedire oportet deo/magis q̃ hõib⁹. Actu.v. De hac materia habeꝛ capl'o de foꝛtitudine. ¶ Cõpati dz hõ captiuis/⁊ eos ꝓ posse liberare: sic Abraã audiēs captũ esse Loth/cõpatiēs ei velociter eũ liberauit. Ge.xiij. sic de filijs israel in liberatiõe mulieꝛũ ⁊ paruuloꝛ. ij. Paral.xv. ⁊ Thobias similr cõpatiebaꝛ captiuis. Thobie. j. ⁊. ij. ⁊ Abimelech ꝓpatiēs Jeremie. xxxvij. ⁊ Dari⁹ rex audiēs Danielē in lacu leonũ esse ꝓ dolore nõ cenauit. Dani. xiij. dz etiã hõ cõpati oibus tribulatis/ꝛcõsolari eos: sic Rubē ⁊ Judas cõpatiētes Joret nitebanꝛ liberare eũ. Gene.xxvij. Adyas. iij. Regũ.xviij. ⁊ Hester.vij. similiter ⁊ discipuli rogauerũt xp̃m ꝓ filia Chananee. Mat.xv. ⁊ xp̃s in suscitatiõe Lazari fleuit. Jo.xj. dz etiã hõ cõsolari fatigatos: ideo Gedeõ postulauit panē ꝓ soc̃is fatigatis. Judi. vij. cõpati dz hõ mortuis/viduis/patrie/infirmis/⁊ peregrinis. de ꝓmo habeꝛ Judic. xxj. de scõdo. iij. Reg.xvij. de. iij. Nee.vij. ⁊ Jeremie ꝓ totũ: ⁊ xp̃s videns ciuitatē Hierusalē destruēdā fleuit. Luce.xvij. de. iij. habeꝛ Job.xxix. ⁊ Mat.xxv. ⁊ xp̃s cõpatiēs populo de qnqz panib⁹ satiauit eos. mat. xv. ⁊ Luce.vj. de qnto habetur Luce.x. de samaritano/q ligauit uulnera boꝛis uulnerati: ⁊ qz diues nõ cõpassus fuit Lazaro: ideo sepultus est in inferno. Luce.xv. de seꝛto habeꝛ Gene.xviij. de angelis quos Abram credebat esse pegrinos: ⁊ ipsos hospitat⁹ est. idē fecit Loth. Gene.xix. de hac materia bētur capl'o de peregrinis. ¶ Consilijs angeloꝛũ ⁊ sanctoꝛ acgescēdū ē: ideo qz angeli dederãt consiliũ Loth ⁊ uxoꝛi sue: ⁊ qz uxoꝛ nõ saluauit/in statuam salis est conuersa diuino iu-

Be ꝛfidētia.

Be cõpassione ꝓximi sui.

Be consilijs bonis.

dicio. Gene. xix. Loth etiã qꝫ ſtatim nõ aſcendit in mõtẽ/duplicẽ inceſtum cõmiſit: qꝫ cũ duab⁹ filiab⁹ concubuit. in eodẽ. Cõſilijs cõiũctoꝝ ⁊ ſapientum ſociorũ fidelium/⁊ oĩm ſi vtilia ſint: ſtandũ eſt. de primo: qꝫ generi Loth nõ crediderunt cum illis de ſodomia perierunt. Gene. xix. ⁊ Ruben minus fratribus ſuis ꝙ Joſeph redderent patri ſuo. Gene. xxxvij. ⁊ de filijs iſrael/qui bene conſuluerũt filijs ⁊c. ſed non crediderunt: ſic perierunt. Judi. xxj. bonum cõſiliũ ꝓbuit Pilato vxor eius: ſed ipſe non credidit. Jo. xix. de ſcõo ideo dicebat Thobias filio ſuo. cõſilium a ſapiente regre: qꝫ filij iſrael nõ crediderũt Moyſi: ideo victi ⁊ occiſi fuerunt. Roboam qꝫ non tenuit cõſiliuꝫ ſapientũ decẽ tribus de populo ſuo perdidit. De tertio. bonũ conſiliũ dabat Achion Holoferni: ⁊ qꝫ nõ credidit/a femina ẽ occiſus. Gene. v. idẽ de Holia. Hiere. xlj. ⁊ de Juda. j. Mach. ix. de quar

De conſilijs malis. to/qꝫ Aſael nõ credidit ꝙſilio Abner/vt eũ õſiſteret pſeq lãcea ẽ pfuſus. iij. Reg. ij. ¶ Cõſiliũ malũ ꝓcedit a feminis decipiẽtib⁹. mulieres ſuis pſuaſiõib⁹ puerterũt cor Salamõis/vt idola adorꝛaret. iij. Reg. xj. ⁊mr̃ ochoſie. Achab: ⁊ ipulit eũ male agere. ij. Para. xviij. malũ cõſiliũ dabat vxor Job: ſꝫ ipe nõ acqenit ei. Job. ij. malũ cõſiliũ dant aliqñ ſubditi ꝓncipibus ⁊ ꝓlatis: vt popul⁹ iſrael Aarõ Arthaxerxes perſuaſus a ſubditis ꝓhibuit fieri opus templi. Eſdre. iiij. qꝫ filij Amon male conſuluerunt cõtra Dauid/inter ipſos reges ſcandalũ fuit. ij. Regũ. x cõſilium malũ dant boĩes peruerſi: vt faciãt laicos cadere in periculuꝫ vel pctñ: vt Balabam balabac. Nume. xxiij. ⁊ banadas hamon. iij. Reguꝫ. x. et Simon magus peruerſe conſulebat ꝓconſuli/ne crederet verbis Pauli. Actu. xiij. malum conſilium dant aliqñ ſapientes mundani. Nephandũ cõſilium dedit Achitofel Abſaloni. ij. Regũ. xvj. cõſiliarij Pharaonis dederunt ei conſiliũ inſipiens. Jſaie. xix. ⁊ rectores populi Zedechie. Hiere. xxviij. malũ conſilium dãt homines cupidi: ſicut Menelaus Andronico: vt oĩs ſacerdotes occideret: vt ipſe eius ſacerdotium redditus poſſideret. iij. Mach. iiij. ¶ Conſolat deus

De cõſolationib⁹ diuinis. obſequentes mandatis eius: vñ poſtq̃ Habraã exiuit de terra ſua ad mãdatuꝫ domini: deus diuerſis conſolationibus conſolatus eſt eum in apparitionibus multis. Gene. xij. xv. ⁊. xvij. idem fecit filijs iſrael in deſerto: qñ pluit manna ad manducanduꝫ. Exo. xvij. conſolatur etiam iuſtos ſicut Thobiam ⁊ ſarrã. Thobie. iiij. ¶ Cõtemplantur deũ/⁊ illuſtrãtur ab eo viri religioſi: qui relicta patria

De contẽplatione. ⁊ parentela intrant religionem ſibi a dño demonſtratam: vt ibi liberius contemplẽtur. poſtq̃ egreſſus eſt Abraam de terra ſua/et cognatione: et venit in terram/quã monſtrauit ſibi de⁹ in feruore dei: et in ardore charitatis cõtẽplans apparuit illi deus. Heñ. xvij. ſic ⁊ Johãni baptiſte ſegregato a cõuerſatiõe mũdana/⁊ ĩ deſerto vitã heremiticã ducẽti xps apparuit/quẽ baptiſauit ⁊c. Mat. iij. cõtẽplari ỏbẽt, deũ mẽte: i cui⁹ figura Eſau vir vag⁹ nõ habuit bñdictionẽ paternã quã de⁹ dat cõtẽplanti: ſꝫ Jacob qui domi remãſit ad cõtemplãdũ/qui multas viſiones a deo habuit. notabile eſtq̃ Maria Magdalena q̃ quieta ſedebat ad pedes dñi ꝓponit Marthe/q̃ miniſtrabat ei. Luce. x. ⁊ volẽtes cõtẽplari oportet ipos eſſe ſolitarios: ideo Jſaac habitãs ĩ terra auſtrali relicta familia egreſſus ẽ ad comedẽdũ ĩ agro. Gene. xxiiij. ⁊ Dauid cõtẽplãs dicebat. qs dabit mi

bi pennas ſicut colũbe:⁊ volabo/⁊ requieſcam:⁊ xp̃s vt daret nobis exemplum aſcendit in montẽ ſolus orare. ℳat.xiiij.cõtemplant deũ boni prelati:debite p̃ lationis officiũ exercẽtes:in cuius figura ℳoyſes paſcens oues/⁊ ducẽs in interiora deſerti contẽplatus eſt deũ in flama rubi/ideſt p̃latus ducẽs populum ad aſperam penitẽtiã in flãma charitatis deũ cõtemplet. Exo.xx. Zacharias offerens ſacrificiũ in greſſus tẽplũ a dextris altaris cõtemplat⁹ eſt angelũ nunciantẽ. Luce.j. cõtemplari debent homines ieiunantes:vt fecit ℳoyſes .xl.diebus. Exo.xxj.⁊ ℍelias ieiunans contemplatus eſt.iij. Regũ.xix.⁊ ſimiliter Sarra. Thobie.iij.⁊ Danieli ieiunanti⁊ contẽplãti deus mirabiles viſiones oſtẽdit:⁊ de Chriſto habeť ℳat.iij.de ℙaulo Actu.ix.dz etiam cõtẽplari orãdo/ in cuius figura habeť de Samuele.j.Regũ.j.⁊ de ℍelizeo.iiij.Regũ.iij.⁊ de daniele orãte. Dani.ix.⁊ de apoſtolis orãtib⁹ in tẽplo:qñ ſpũs ſanct⁹ in die pẽtecoſtes eis apparuit. Actu.ij.cõtẽplanť deũ tribulati :vt fecit Judich vidẽs tribulatiõ ciuitatis .Judich.xviij.idẽ ℍeſter videns ſuũ populũ ĩ tãta tribulatiõe. ℍeſter.ix.Ezechiele ſtante in medio captiuox facta eſt ſup eũ man⁹ domini. Eze.j. ¶Correctio fraterna eſt op⁹ mie/⁊ pietatis ſpũalis:⁊ eſt op⁹ magis meritoriuz q̃ mia corporalis.magnã miam fecerũt Rubẽ⁊ Judas arguẽtes fratres ſuos volentes interficere fratrem ſuum Joſeph. Gene.xxxviij.⁊ ſic de ℙhinea⁊ ſocijs eius .Joſue.xxij.idem de Jonatha.j.Reguz.xix.⁊ xp̃s dedit ℙetro pfectaz regulam.ſi peccauerit in te frater tuus ꝛc.⁊ ſi audierit te lucratus fratrem tuũ ℳat.xviij.⁊ debet fieri diſcretex benigne/non cum furore. arguit ℍatham da uid.idẽ fecit vir dei filij⁹ pphetax.iij.Reg.xx.⁊ Judich benigne ciues ſuos reprehẽdit.Judich.viij.⁊ ℙetrus quoſdã irridentes apoſtolos.Actu.xx.xiij.⁊ ℙaulus romanos conuerſos.Roma.iij.⁊ Jo.epiſcopos .Apoca.ij.talis reprehẽſio non prodeſt deſperatis:ideo dimittendi ſunt:⁊ habendi tanq̃ publicani⁊ hereticí. ℳat.xviij.ℍelias cum magno zelo arguebat durum populum/ dicens .ſi deus eſt dominus/ſequmini ipſum.iij.Regum.xvij.⁊. Jo.phariſeos. ℳat.iij. ⁊ Elize⁹ regẽ iſrael.iiij. Reg .iij.⁊ Jo.ℍerodẽ.ℳat.xiiij.⁊ Stephan⁹ iudeos Actu.vij.⁊ vnus latro in paſſione xp̃i alium. ℳat.xxiij. ¶Corrigere debẽt p̃lati ſubditos ſuos:qz vita ſubditoꝛũ requireť de manib⁹ eoꝛ:⁊ ſic fecerunt ſacerdotes volenti offerre incenſum. ij. ℙarali.xxvij.⁊ Eſdras reprehenditfilios transgreſſionis .Eſdre.ix.x.x.⁊ Neemias optimates ꝓpter ꝛauamina.ℍiere. v.reprehẽdit ℙaul⁹ corinthios de fornicatiõe.j.Corin.v.et ℙetr⁹ſimonẽ magũ de ſymonia. Actu.viij.⁊ ℙaul⁹ litigãtes.j.Corin.vj.⁊ de errore circa reſurrectionẽ j.Corin.xv.Curioſi ſemp deſiderãt multa ſcire:vt ptz de Eua.Geñ.iij.⁊ de diſcipulis xp̃i cupiẽtib⁹ ſcire finẽ mũdi.Actu.j.ℍerodes curioſe deſiderabat xp̃m videť:vt ſignũ aliqð videret ab eo.Lu.xxij.iudei videntes dei miracula fieri mãifeſta ad huc ſigna de celo videre q̃rebãt.Luce.ix.adoleſcẽtiores viduas monet apꝰ eſſe vitãdas.qz frequẽter ſũt vage/curioſe/⁊ verboſe.Thimo.v.Decime ꝙ ſideraẽ de ſunt quãtũ ad ſeculares/q eas eccl'iaſticis pſonis reddere obligant.ℳelchi ſedech obtulit ℍabrae tãq̃ dei vicario decias oluz rex/quas habebat. Ge.xiiij. Jacob decias de oibus dedit.Geñ.xxviij.⁊non debent tardari: vt p̃cepit dñs. decimas⁊ p̃micias nõ tardabis offerre.Exo.xxij.⁊ de melioꝛib⁹.Numeri.xviij.

De correctio ne fraterna.

De curioſita te humana.

De decimis.

et debent portari ad locum quem elegerit dominus deus tuus. Deute. xviij. ⁊ recipiẽtes debent eẽ clerici dño seruiẽtes: q nõ debẽt supflua q̃rere/sz deo vacare. Numeri. xviij. et debẽt sacerdotes de suis redditib⁹ pauperib⁹ dare. Deute. xviij. ⁊ assistere semp diuinis. sic Ezechias instruxit sacerdotes /vos elegit deus i hereditatẽ sibi: vt stetis coꝝ eo: et ministretis: ⁊ cremetis incẽsum. qõ ipi sacerdotes plenissime impleuerunt. ij. Parali. xxix. ¶ Derisores deridẽt pacificos: ⁊ aliq̃s eis nocent: lz nõ habuissent intentionem. Sic viri Sadoch deridentes

De derisiõe. Hedron adduxerunt eum ad nocendum eis: qõ prius nocere nolebat. Judic. viij. sic Nabath icitauit ꝫ se Dauid: nisi p Abigail pacificat⁹ fuisset. ij. Regũ. xxv. ¶ Instruendi sunt pueri/ne derideãt senes: nã pueri q deridebant Elizeũ dicentes. ascende calue: permissi sunt ab eo deuorari ab vrsis. iiij. Regũ. ij. Sanabath et thoy deridebant edificantes muros Hierusalem. Nee. iij. et sic mali derident bonos. Machariꝰ videns holocausta offerri/deridebat illos. ij. Machabeorum. deridẽt ẽt positi in prosperitate tribulatos: ⁊ sic parentes Thobie excecati deridebãt ipm: dicẽtes/vbi est spes tua? Thobie. iij. filij et vxor Job deridebãt eũ. Job. ij. ⁊ saluator nr̃ i passiõe multas recepit derisiones: vt daret exẽplũ tribulatis. Matth. xvj. deridẽt bodie p̃dicatores a p̃latis: q̃ veritatẽ dicunt quã odio habẽt/ita deridebat pp̃s pphetas a deo missos. Psa. xxxvj. ⁊ iudei ap̃los. Act. vij. ¶ Detrahũt mali bõis aliq̃s ex malicia: sicut dña cui ẽuiebat Joseph õtraxit ei apud virũ suũ: iponẽs ei/q̃ eã oppmere volebat. Ge. xxxvij. Pbaraõ detraxit Moysi. Exod. x. idẽ fecit ãcilla pessia Sarre. Tho. iiij. ⁊ p̃cipes Baruch apud athis. j. Regũ. xxix. et p̃ncipes populi Hiere. apud Sedechiã regẽ: et chaldei accusarũt iudeos/detrahẽtes eis coꝝ rege. Dañ. iij. et pharisei iuidẽtes xp̃o multotiẽs detraxerũt cũ pctõrib⁹ ⁊ publicanis comederet. Mat. ix. ⁊ Luce vj. ⁊ Paul⁹ pluries coram Galieno. Act. xxvij. detractores grauiter puniunt a deo. detraxit Moysi mulier q̃dã: ⁊ statim sequuta est pena lepre. Numeri. xij.

De detractione. Et filij Jsrael detraxerunt terre promissionis: ⁊ sic mortẽ incurrerũt. Nu. xiij. Simõ p̃posit⁹ tẽpli suis relationib⁹ malis faciebat tẽplũ dñi spoliari. ij. Macab. ij. ⁊ pcedit a superbia: nã volẽtes se exaltare: ⁊ alios depmere detrahũt eis: sic Absalon ambiens regnũ detrahebat regi dicens /habenti negocium non est qui te audiat. ij. Regũ. xv. ¶ Discordia ex inuidia aliquando orit: vt patet de Caym et Abel. Geñ. iiij. et ex superbia: quia reges Sodomorum recesserunt a seruitute Chodolamor /factum est bellum de quatuor regibus contra quinq̃. Geñ. xiiij. propter superbiam et duram responsionem quam fecit Roboan populo/diuisum est regnum. iij. Regum. xij. contentio inter discipulos/quis eorum videretur esse maior? videtur ex superbia processisse. Luce. xxij. et discordie frequẽter sunt propter mulieres/et luxuriam: nã nephãdi sodomite debellauerunt domũ Loth/in qua erant angeli in humana specie: vt libidini vacarent. Genesis. xix. propter mulierem quam Sichem oppressit/multa homicidia sequuta sunt. Genesis. xx. et propter vxorem' leuite. Judic. xx. et propter vxorem Sanson̄is Judic. xv. et propter Amon/qui violauit Thamar. ij. Regũ. xiij. et aliquãdo oritur discordia ex vitio gule: sicut accidit de filijs Jsrael/qui iurgati sunt contra Moysen propter defectum potus. Exodi. xvj. et Nume. xxj. discordia oritur

etiã ex diſputatiõe p veritate/aut fide defendẽda: nã cũ exclamaſſet Paulus in cõſiſtorio de reſurrectione mortuorum/inde diſcordia facta eſt inter ſaduceos et phariſeos. Actuum .xxiij. plati debent maiores arguere: ꝛ ad pacẽ ꝛ cõcordiam exemplis ꝛ rõnibus puocare: ſic Moyſes corripuit rixantes hebreos adinuicẽ Exo.xxj. iudeos litigantes adinuicẽ quomõ Chriſtus poſſet eis carnẽ ſuã dare ad manducãdũ ſaluator multis exhortationib⁹ ꝛ ſuaſionib⁹ quietauit. Jo. vj.

¶ Per verba ꝛ p̃dicationẽ nõ emolliunt duri ꝛ obſtinati in malo: ſic Heli duros filios verbo corripuit: ſz nõ p̃fuit .j. Regũ. ij. ꝛ Samuel dixit populo cõditionẽ regis/ꝛ volũtatẽ dei: tñ nõ potuit eos ab eoꝝ duritia reuocare. Regũ. viij. nec Jonatas ꝛ Dauid cor durũ Saulis emolliri. ij. Regũ. xviij. nec Nabal a Dauid .j. Regũ. xxvj. nec aſael ab abner. ij. Regũ. ij. nec nũcij Ezechie potuerũt viros iude ſuis p̃dicatiõib⁹ reuocare. Paral. xxx. ſic etiã iduratũ ẽ cor Pharaonis. Exo. v. vj. vij. viij. ix. x. nec iudei q cõprehẽderũt Jeſũ obſtinati/neq; p ſigna neq; p miracula moti ſũt ad mĩam circa eũ. Luce. xxij. obſtinati ſi reph̃dant peiores fiũt: obſtinati iudei Zacchariã icrepãtẽ eos crudeliter occiderũt. Paralipo. xv. ſic ꝛ Stephanũ lapidarũt. Act. viij. Be duritia ꝛ obſtinatiõe.

¶ Eccl'ia cũ ſollicitudine ꝛ feruore ẽ edificanda: ideo feruentior fuit ꝛ diligẽtior Salomon in edificatione tẽpli dei/q̃ domus p̃prie. iij. Regũ. vj. magnã curam habuit dñs in edificatiõe eccl'ie: qñ p̃cepit Tyro/q̃ edificaret ſibi domũ in Hieruſalẽ/quã pri⁹ p Jſaiã p̃dixerat. Eſdre .j. ꝛ Jſaie. iiij. eccleſia edificata dz ſoleniter/ꝛ cũ gaudio cõſecrari: ideo magnã ſolẽnitatẽ fecit Salomon de edificatiõe. iij. Regũ. xviij. obtẽta victoria Mach. edificarũt ex p̃dis domib⁹ eccl'ias .j. Mach. iiij. dz etiã eſſe libera ꝛ gaudere priuilegio libertatis: vt ſaluent̃ confugiẽtes ad eã: iõ precepit Jonadas põtifex: vt Atalias adduceret extra templũ: ꝛ non occideret in tẽplo. iij. Regũ. xj. idem rex Demetrius ſtatuit .j. Mac. x. vt quicũq; ad tẽplũ cõfugeret/ab oi maleficio liber eſſet. Et q̃uis iudei grandi odio ꝓſequerent̃ Paulũ: tñ propter libertatem templi eũ in templo noluerũt occidere. Actuũ. xxj. dz homo mũdus ſine petõ ĩtrare eccleſiã: in cui⁹ figura Moyſes cum remiſſa aqua lauit Aaron: et manus ſuas filij eius et pedes cum ingreſſuri eſſent in templum. Per manus intelligo operationem: per pedes vero affectiones. Exo. iij. propter hoc non licebat niſi paucis/ꝛ mundis intrare templum: ꝛ tangere vaſa eius. Nume. iiij. mũdauit Chriſtus templum/eiciens vendentes ꝛ ementes. Math. xvj. ꝛ Luce. xix. debent ſpecialiter clerici ire ad eccleſiam ſuis horis canonicis: et orare pro ſe et alijs: vt Thobias faciebat. Thobie. v. Angelus aperto carcere/in quo erant apoſtoli dixit eis. ite/ꝛ loquimini ad plebẽ in tẽplo verba vite. Actuũ. vj. De eccl'ia vel templo.

¶ Electionẽ ſemp dz p̃cedere deuota oratio. orauit Moyſes moritur⁹ p duce idoneo. Num. xxx. ſic fecit popul⁹ poſt mortẽ Joſue. Judi. j. ꝛ apoſtoli cũ deberent eligere aliũ apoſtolũ loco Jude. Actu. j. eligit de⁹ aliũ prelatũ per ſigna: ꝛ ſic p̃cepit Moyſi/dicẽs. tolle virgas: ꝛ pone in tabernaculo ꝛc. qõ cũ feciſſet/vidit/ꝛ inuenit virgam Aaron germinaſſe in ſignum electiõis diuine. Nume. xvij. ordinauit ꝛ reuelauit deus q̃ Joſue filꝰ Naim i prelatiõe ſuccederet Moyſi. Numeri. xxxvij. et ex reuelatione Samuel elegit Dauid in regem: et eum vnxit. iij. Regum. ij. et ſic de Barnaba ꝛ Paulo in apoſtolos. Actuum. xiij. dixit etiam deus. elige ſa- De electione prelatorum.

pientes ⁊ timentes deum: in quibus sit veritas: ⁊ qui oderunt auaritiam. Exo. xviij. eliguntur aliqñ plati ⁊ principes mali diuino iudicio in damnū eorū: sicut Abimelech/ qui procurauit eligi per amicos: sed pessime successit vtriq;. Iudic. ix. terribili dei iudicio factus est rex Heroboam sup decez tribus: qui fuit occasio/ ꝙ populus recederet a cultu dei. iij. Regū. xj.

De exhortatione.

¶ Exhortatio bona incitat ad bonū: sic Judich sua exhortatione aīauit viros de Bethulia ad resistendū Holoferni viriliter ad placendū deo. Judich. viij. ⁊ Judas populum. j. ⁊ Mach. iij. p̄dicatores libēter deberēt exhortari homines ad bonū: qm̄ illud est eoz̄ officiū: ideo iniunxit deus Jsaie dicens. Clama ne cesses/ quasi tuba exalta vocem tuā: ⁊ annuncia populo meo scelera eorū/ ⁊ domui Jacob petā eorū. Jsaie. lviij. Hieremias prio se de officio p̄dicatiōis excusauit: postea dño precipiēte cōcessit Hieremie. j. Jonas ex p̄cepto dei Ninive p̄dicauit. Jone. j. ⁊. iij. misit saluator discipulos ad p̄dicandū. ⁊ Mat. xiij. ⁊. xvj. Petr⁹ in die pētecostes sic efficaciter predicauit/ ꝙ circiter tria milia hominū cōuertit ad xp̄m. Actu. viij. in alia p̄dicatione Petri tot crediderūt/ ꝙ factus est numer⁹ credentiū qnq; milia. in eodez.

De fallacijs mulierum.

¶ Fallaces sunt mulieres: ⁊ cū suis mēdacijs addūt aliqñ lachrimas: vt citi⁹ eis credat: sic vxor Sanſonis fundebat lachrimas dicēs. odisti me/ simulás verbis diligere: cui⁹ secretū postea reuelauit/ qō seruare p̄miserat. Judic xiiij. idē Dalida. Judic. xvj. Trahūt homines ad luxuriā per earū fallacias: vt filie Loth patrē deceperunt: qz eum ad luxuriā ⁊ incestum duplicem prouocarunt. Heñ. xix. etiā per auaritiam/ vt Rachel/ que per auariciam furata fuerat idola patris sui. Gene. xxj.

De fide ad deum.

vbi ſunt vene legales ex panniculo carnoſo/ꝛ ex muſculis longitudinalib⁹/tranſ uerſalibus/ꝛ latitudinalib⁹. Sip bac vene/ſumenales vene/vmbilicalis zirb⁹/ inteſtina/longaon/colon/moculus/ylion/gemmuz/duodenum/ſtomachus/po rus/luſtis/felis/porus ſplenis/vene meſeraice/tunica extrinſeca / carnoſa tuni ca intrinſeca cum rugoſitatibus. ¶Partes contente ſunt epar / kiſtis felis / por⁹ felleus vadens ad ieiunum: porus vadens ad fundum ſtomachi/porus vadēs ad ſplenem: vena porta/vena chilis/pāniculi inde ſplen/porus tendens ad epar porus vadens ad ſtomachum/pāniculus cooperiens meſenterium / caro glan duloſa/vene meſeraice/panniculi/renes/vene emulgentes/pori vritides/ colato rium/panniculus cooperiens/caro lumbalis. ¶Partes ancharū ſunt triplices: ſcz partes continentes/partes contente: ꝛ quedam exterius procedentes. par tes continentes ſunt mirach/ſipbac/zirbus/ꝛ oſſa pectinis/ꝛ ilialia .partes cō tente ſunt veſica/pori vritides tranſeuntes diagonaliter/ꝛ tunica extrinſeca cuz muſculis colli/vaſa ſpermatica/preparatoriū/portatoriuz a radice virge/ma trix/cornua matricis/teſticuli/ꝛ vaſa ſpermatica/colum cum preputio⁹ orificio/ tunica extrinſeca/ꝛ tunica intrinſeca/muſculi claudentes ꝛ aperientes orificiuz ſecundum cum ſeptem cellulis/vene emoroidales/due tunice. ¶Partes exterius procedentes ſunt ſeptem/ſcz oſſeum/duidimus/teſticuli/vaſa/ſpermatica/vir ga/caro glorioſa. ¶Partes extremales componuntur ex duobus membris/ſcz ex membris ſimplicibus/ꝛ ex membris compoſitis. ¶Membra ſimplicia compo ponūt organica toti⁹ corporis: que ſunt cutis/pinguedo/caro muſculoſa/vene/ arterie/nerui q̄ ſunt ſeptē paria/q̄ oriunt immediate a cerebro: ꝛ triginta a ſpon dilib⁹ ¶ nuche: ꝛ vn⁹ ſol⁹ qui orit ab vltimo ſpōdili: ſunt etiā chorde/ligamēta la ta que totā cooperiūt iūcturā: ꝛ rotūda/q̄ interius oſſa ligāt/cartilago/ꝛ oſſa.

De anatbo mia venarū. ¶Anatbomia venarū fit modo q̄ ſequit. due ſunt p̄cipales vene/a quib⁹ oēs alie tāq̄ rami oriunt: vez vena porta /ꝛ vena chilis: cui⁹ aliq̄ rami phlebotomant porte vero nulli: ꝛ vena porta p̄cedēs a cōcauitate epatis ramificat p meſente riū/atq̄ fundū ſtomachi/ꝛ p oia inteſtina. vena chilis habet multos ramos / qui phlebotomari poſſunt i varijs locis ꝓpter varias egritudines: ꝛ rami ſunt .33. p̄io rami capitis/ꝛ colli/q̄ ſunt duo poſt aures: ꝛ duo in angulis oculorū/ꝛ duo organici/ꝛ duo verticis/ꝛ vena frontis/vena puppis/ꝛ vena naſi. ſunt due vene ſub lingua. rami pectoris ꝛ brachij ſunt/vez due vene mediane in pte dextera/ꝛ ſi niſtra brachiorum: due vene cephalice: due baſilice / due oculares: rami ancha rū ꝛ tibiarum ſunt primo due vene cephene in pte dextra/ꝛ in ſiniſtra due ſciati ce/due appopletice/due renales: ꝛ ſic finis anatbomie venaꝝ. Et nota q̄ phlebo thomia bz plures intētiones. p̄ia ē ad eua cuādū: de qua loquit Galen⁹ i libro de phlebotbomia: ſcōa ad diuertēdū: vt Gal. in eodē. tertia eſt ad alterandū: ꝛ boc dicit Gal. in cometo illi⁹ ampboriſimi p̄ie pticule. q̄ egerūt multitudinē cōſide rare. quarta ad attrabenduz: ꝛ boc declarat Hyppocrates quinta pticula am phoriſmoꝝ/mulieri ſanguinē vomēti menſtruis ſupueniētib⁹ ſolutio fit. quinta eſt ad preſeruandum: ꝛ boc dicit Galenus in predicto cōmento/in ſcōa particu la/quibuſcunq̄ phlebotbomia ꝛc. Sexta eſt ad alleuiandum: ꝛ de bac loquitur Gal. xj. therapeū. capitulo xv.


splenē.
saturnus fel.
sol respi. cor.
iupiter respicit epar.
venus respicit renes.
mercu.
mars habet fel.
pulmonē.
luna ꝺ̄ caput

Nota ꝙ chirurgic⁹ cõtemplari dz oẽs ptes corporis humani/quib⁹ dñantur signa ꝛ planete:ꝛ qñ planeta alicuius ptis est in cõiunctione cũ planeta maliuolo alterius cõplexiõis seu qualitatis/illud mẽbrũ aut vena scindi/aut tãgi nõ dz/quousq; ꝙ disiunct⁹ talis planeta fuerit ab altero/nisi habeat aliquẽ aliũ bonũ aspectũ/qui possit impedire malũ. Ex supioꝛib⁹ cognosci potest/ꝛ haberi anathomia ossium/ꝛ ꝛ venarũ:tñ in speciali volum⁹ eam tradere:ꝛ primo anathomiã ossiũ scõm aliquos. 248. in numero sunt ossa in corpore humano:primo in sũmitate capitis est qõdã os/qõ vocat os capitale/qõ cooperit cerebrũ. scõo est os laude. tertio sunt paritaria/que tenẽt cerebrũ clausum ꝛ firmũ:ꝛ inferius est os vocatũ coronale. quarto sunt duo petrosa vocata. quinto est os basilare dictuz. sexto sũt duo ossa breginatz. septio duo ossa tẽporũ. octauo os mãdibule supioꝛis nono duo ossa mãdibule inferioꝛis. 10. duo ossa nariũ. 11. triginta ossa spõdiliũ. 12. tria ossa caude multũ cartilaginosa. ¶ Scõo loco videdũ est de anathomia ossium pectoꝛis/ꝛ brachioꝛũ:ꝛ sunt prio. 24. coste in pte dextra/ꝛ in finistra. 14. vere/ꝛ decẽ nõ vere/multũ cartilaginose. scõo i furcula pectoꝛis duo ossa/tertio due spatule/quarto duo ossa adiutoꝛij multum medullosa. quinto. 4. focilia. sexto i prima acie manus. 6. septimo. 8. in secũda acie. octauo i tertia acie. 8. nonõ ossa oiuz digitoꝛum. 39. ¶ Tertio videamus de anathomia ossium anchaꝛum ꝛ tibiaꝛum:que sunt primo duo thalia. secundo os pectus. tertio duo ossa magna: que nominantur ossa adiutoꝛij. quarto duerotule genu. quinto quatuoꝛ focilia. sexto in prima acie pedum/dextrum ꝛ finistrum/primo astralagus. secundo naviculare. tertio calcanei. septimo loco in secunda acie sunt octo ossa satis curta. octauo in tertia acie octo ossa satis longa. nono in omnibus digitis pedum vigintiocto ossa. de anathomia iuncturaꝛum omnium ossium earundem/que in summa sunt quatuoꝛ:videlicet prima commissuralis/que est in craneo. secunda nodalis/que est in mandibulis. tertia claualis/que est in dentibus. quarta coniunctionalis/que precipue in tibijs ꝛ brachijs reperitur/ꝛ hec de anathomia ossium ꝛ iuncturaꝛum. ¶ De phlebotomia scõm Auicennam nil aliud est/ꝙ euacuatio humoꝛum propter valitudinem recuperandam ꝛ habet fieri de vena frontis pro dolore capitis maxime occipitij ꝛ hemichranee prolapostemate oculoꝛum phlebothomantur due in temporibus/pro doloꝛibus auriũ ꝛ oculoꝛum due in angulis oculoꝛum:ad pustulas oculoꝛum/ꝛ ad scabiem capitis due sub lingua:ad omne apostema gutturis/ad squinantiam gule/vene sub mento pro dolore oculoꝛum/pustulis facie/pruritu aurium/dolore maxillaꝛum:vena in pulpa capitis phlebothomatur pro dolore antiquo capitis:pro stupore mentis. vene que sunt in cruribus due phlebothomãtur pro apostema terenum ꝛ vesice/ꝛ dolore coxaꝛum/ꝛ lumboꝛum:sapbene due pro nimia abundantia melancholie/ꝛ retentione menstruoꝛum sub camo extra due/pro dolore anchaꝛuz/pro sciatica passione/artetica/ac pro apostemate testiculoꝛum:venę genibus pedum due pro pustulis crurum ꝛc.

De phlebothomia.



Signatur alia pblebotbomia p aliū modum: qm̄ figuratiue modo q sequit: poterit em̄ qs p banc figuram cognoscere numerū venarū/ & loca in quibus fieri p̄t pblebotbomia: & dz respicere electā diez ad boc: quoniā si luna est nona/ aut plena/ seu quarta/ vel in aliquo malo signo/ aut in signo dominante tali loco/ aut in signo solis/ tangi nō dz locus ille: si dies tm̄ est bona/ fieri poterit talis pblebotbomia. A ē vena i medio frōtis: & pblebotboma k̄ ppter morbū litar

gie ⁊ hemicranee. B. ſup̃ ãbas aures/retro ſunt due vene: ⁊ phlebotomãtur ad da rificandum intellectum/et auditũ. L. ſupra oſſa tempor̃ ſunt due vene/dicte ar terie: et phlebothomãtur aliquando propter nimiã repletionem/et abundan tiã ſanguinis/qui eſt in cerebro. D. ſupra liguam ſunt due vene: que i ſe ſangui nẽ continent: et phlebothomañ ob infirmitatẽ epilepſie/⁊ propter apoſtema gule: ac etiam ꝺ morbũ ſquinãtie. E. in collo ſunt due vene dicte originales: poſ ſunt phlebothomari ex conſilio tñ medici experti propter morbum lepre et po luxie principal͂r/qñ̃ puenit ex parte ſanguinis. F. vena cordis accipitur in bra chio/ad euacuandum aliquos humores malos/qui nocere poſſent cordi. G. ve na hepatis in brachio phlebothomatur: et valet ad refrigerandum cor. H. inter medium digitum/et digitum qui dicitur medicus fit phlebothomia propter do lores/qui veniunt ad ſtomachũ et coſtas/et valet propter peſtem/et apoſtema ta. I. inter ventrem et anchas ſunt due vene: dextera phlebothomatur contra morbũ hydropiſis: ⁊ ſiniſtra contra dolores/q̃ veniunt ꝓpe ſplenẽ. K. in quo libet pede ſunt tres vene/quarum vna eſt ſupra cauillam pedis/in parte interio ri: et vocatur ſophane/que quidem vena phlebothomatur ad expellendos/eua cuandoſq̃ humores malos peſtis et apoſtematis: et excitat mẽſtruum mulieri bus: et deorſum ipſum facit deſcendere. L. inter collum pedis et digitũ magnũ eſt vena/et phlebothomañ ꝺ epidimiam/⁊ multos alios malos humores: ⁊ de bet fieri infra. xxiiij. horas ideſt infra diem naturalem. M. in angulis oculorũ ſunt due vene/que phlebothomantur propter rubedinem oculorum/⁊ multos malos humores. N. in ſummitate naſi eſt vena vna: ⁊ phlebotomatur propter rubedinem faciei. O. in gigiuis oris ſunt due vene ſupra: et due infra: et phle botbomantur propter dolorem dentium/et cancrum. P. inter labia et men tum eſt vena vna: et phlebothomatur propter flatum fetidum. Q. in ambo bus brachijs ſunt quatuor vene/quarum ſuperior prouenit ex capite: ſecun da ex corde. tertia ex epate: quarta vo ex ſplene. R. vena capitis ſumiñ in dextro brachio: et phlebothomatur propter nimiam repletionem ſanguinis/qui no cere poſſet capiti/oculis/vel cordi. S. vena ſplenis phlebothomatur propter fe bres tertianas/et quartanas: et profundius debent eam aperire/q̃ aliquã aliã T. i q̃libet manu ſunt tres: quar̃ illa q̃ eſt ſupra pollicẽ phlebothomañ ad remo uendũ nimium colorẽ faciei. V. inter digitũ medicũ et parũ fit phlebothomia ꝺ oẽs febres tertianas ⁊ quartanas. X. In femoribꝰ ſunt due vene: vna in pla nicie: que phlebothomañ propter dolores genitaliũ. Y. eſt vena ſupra cauillã pe dis foris vocata ſciat: cuius phlebo thomia contra dolores ancharum/et re ſtringit menſtruũ in mulieribus. Et hec de chirurgia cauſa breuitatis ſufficiant preſertim cum noſtre non ſit profeſſionis.

Incipit plo gus illumi natidoctoris magiſtri ray mũdi ĩ artez operatiuam medicine.



Cum ego Raymundus Hylerde dudum exiſtens ro gatus affectuoſe a quibuſdaz meis charis: vt eis quedam medicine artis occulta/et implicita/ab antiquis in practica imperfecte dicta traderem: et librum aliquem ſup hoc ſcriberẽ. Ego eorvariis motus ꝓcibus/ꝓſtratꝰ ſum añ crucifixũ

dñm nostrũ Jesum christũ/humiliter/ꝛ lachrymabiliter postulando/vt mihi licet indigno aliquem modum pro curatione morborum difficilium humane fragilitati contingentium antiquis incognitũ reuelare dignarẽt. Unde quadam nocte mihi vilissimo peccatori a somno surgẽti hec sequentia fuerunt reuelata: que quidez secreta prius fuerant reuelata sancto Egidio in heremo degenti: ex quo patet ꝙ per orationẽ cum gratia diuina secreta ꝛ archana reuelantur pijs hominibus/ꝛ nõ maliuolis ꝛ indignis. Cum igitur aliqs dignus esse nequeat absq; dei bonitate ꝛ gratia/diuinam postulando gratiam genibus fleris / oculis in celum leuatis dic ter humiliter/ꝛ deuote orationem sequẽtẽ. Oratio.

¶ Domine Jesu christe qui es omniuz vera salus: dñe tu es qui omnia in bonitate/ꝛ sapiẽtia tua creasti valde bona. Unde dñe sine te nihil scio boni esse i seculo/quare domine Jesu christe maiestatez tuam supplicater adoro: qz scio/ꝛ firmiter credo nihil boni esse absq; tua bõitate/nihil magni absq; tua magnitudine: neq; durans absq; tua duratione/neq; potẽs sine tua potestate/nec sapiens sine tua sapientia/neq; diligens sine tuo amore/neq; virtuosum sine tua virtute/neq; verum sine tua veritate/neq; gloriosum sine tua gloria/nec iustum sine tua iustitia. Scio etiam ꝙ tu hominem mirabiliter creasti: mirabili9 reformasti / qui dedisti medicinã ad reparandam sanitatẽ humanorum corporum/da benedictionem tuã isti medicine/vt omnes virtutes quas in principio posuisti in eaad finem optatũ perducãtur: vt in corpore in quod introierit / sanitatẽ mẽtis ꝛ corporis inducere mereatur. ℘ Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui te. vi. ꝛ.

Diuisio Libri.

¶ Tractatus iste in quatuor ptes diuidit / siue distinctiones: quarum prima ꝛ quarta non fuerunt mihi Raimundo reuelate: sed solum scõa ꝛ tertia: ipsas autem recepi / ꝛ habui a sereniss̃imo rege Roberto sub sigillo secreti: que quidem secreta habuerat ab expertissimo doctore magistro Arnaldo de villa noua/qui merito fons scientie vocatur: quia pre ceteris hominibus in omnibus scientijs floruit: cuius scientiam libenter amplector: a quo quidem doctore multa experimenta didici: ꝛ de eius doctrina confisus illa que dicta sunt in hoc libro ad laudem tanti doctoris catholici apposui: vt eius recolibilis memoria a filijs meis recoli possit in vita perhenni.

¶ Cum a principio tanꝯ ab optimo omnia constent/ꝛ debeant regulari: ideo ipse deus voluit inter creaturas hominem creare/quem anima rationali dotauit/ꝛ insigniuit: ꝛ omnia sub pedibus eius constituit: qui ꝓpterea a theologis creatura creaturarum: ꝛ ab Aristotele dignissimus animalium in libris de animalibus vocatur. Augustinus etiam in libro de celo ꝛ mundo dicit / ꝙ totum posse celi ꝛ terre est in homine. Et licet homo his sit insignitus virtutib9: nihilominus tamen quia compositus ex contrarijs elementis adinuicem agentibus ꝛ patientibus corruptibilis est: ꝛm̃ultis subiectus infirmitatibus/ꝛ incommodis: vnde non est mirandum/si homo plus ceteris sit passibilis: quia ex magis tenui materia est compositus: ideo habet plura contraria: cum sit in differentia inter opposita contraria/ꝛ quasi medius: medium autem ad vtrunq; extremorum comparatur: ꝙuis ad alterum illorum nonnunꝯ magis inclinetur:

ideo bꝫ infinita contraria:propterea diuina bonitas tribuit ei medicinam congruentem conseruandi/ꝛ sanandi:creauit eam de terra:ꝛ vir sapiens non abhorrebit eam:quia vt dicit Auicenna/est scientia per quam hominis dispositio cognoscitur ꝛ non aliorum.Et data est medicina ad conseruandum sanitatem habitam/ꝛ amissam recuperandum.Et vocatur aqua vite a philosophis vera/ꝛ recta medicina.Unde morcandus in vacla/vt ait Dionysius qui transtulit magonem vtebatur aqua vite ante cibum/ꝛ post cibum.Et qui ea vtitur debite non videbit in corpore suo infirmitatem/q̄ nō sit abilis ad curandum:ꝛ non morietur infirmitate aliqua:sed perueniet ad periodum nature quam statuit ei dominus.

De modo faciendi aquaꝫ vite.

¶Aqua vite ornatur multis virtutibus ꝛ laudibus:ꝛ est/vt quidam dicunt calida ꝛ ficca:quidam vero dicunt ꝙ non est calida/nec ficca/nec frigida/nec humida:ꝛ tamen has virtutes cōtinet.Et dixerunt/ꝙ est vna vis alia/que ex quatuor elemntis redundat:ꝛ dicunt ꝙ non est elementum:nam ex materia de qua extrabitur dicta aqua post eius separationem ab ea remanent quatuor elementa/que per eorum separationem possunt videri/dum peritus artifex vnum ab alio separabit:ideo non incongrue solet quinta quedā essentia appellari: aqua ista ardet sine lesione subiecti:immo videtur ardere/ꝛ non ardet.Ista aqua sapit contra omnes sapores:ꝛ habet odorem contra omnes odores: vt constat p experientiam.Et scias ꝙ ista aqua dat nutrimentum cordi:ꝛ sanitatem reddit si recipiatur vt oportet:ꝛ quantum natura valebit sustinere digestinam confortat non solum in stomacho/sed etiam in epate.Et dicit quidam philosophus/ꝙ nulla inuenitur medicina/ que adeo sit caloris naturalis conseruatiua/et augmentatiua sicut aqua vite/propter familiaritatem ipsius quam habet cum natura.Et quia est conueniens corporibus humanis:ꝛ eius calor similis est calori naturali: ideo cito conuertitur in sanguinem naturalem. Item non solum confortat virtutē naturalez ꝛ calorem:immo etiā turbidū clarificat sanguinem:ꝛ aditus vel meatus totius corporis ꝛ membrorum maxime ventris orificia aperit:ꝛ mundificat epar:opilationem aufert: tenebrosam fumositatem et tristiciam generatam in corde expellit:corporis membra corroborat:ꝛ non solus bonitas sua agit in corpore/sed etiam in anima.Nam facit obliuisci tristitie et angustie.Inducit leticiam:confortat intellectum ad inuestigandas res difficiles/ꝛ subtiles:dat audaciam:facit vt non adeo labor ꝛ dolor sentiatur/ꝛ multa alia.Et scias ꝙ triplex est aqua vite.Prima est simplex.Secunda est composita.Tertia est perfectissima.Prima simplex est que sine admixtione alicuius alteri⁹ de vino sumitur/ꝛ elicitur.Composita vero est que sic componitur.℞.radicis feni.petro.bruſci/asparagi/radicis saxifragie/pitrosel.macedonicum/milium/sol/radicis/yringorū/endiuie/scariole/capillisveneris/rasani/aſi paꝫtere/ꝛ misceantur:ꝛ in distillatorio lento igne distillentur cū aqua simplici:vel ponantur in vino:ꝛ in eo maneant tribus bonis:ꝛ postea fac aquam.

De triplici aq̄ vite.

Alia compositio.

℞.gariophilorū/nucis muscate/zodoaris/galange/ maiorane/ameos spicenardi/lauēdule/macedonici/zedoaris/cubebe/cinamomi/antimonij/amomi/pipe

ris longi/cardamomi/aloes/corticis/citri/ſaluie/ſanſuci/parum muſci/ligni aloes/mente/pulegij/origani/calamenti/calami aromatici/ſticados vtriuſq; camedreos/camepitheos/añ: terenda terantur/z ponantur in diſtillatorio: et ibi diſtillentur.

℞. euforbij/ſerapini/bdellij/papaueris albi z nigri/oppoponacis/piretri/caparis/ſquinanti/ſpodij/ piperis longi/nigri/z albi/cubebarum/caſtorei/zodoaris/añ partem vnam: muſci boni parum/ambre/croci/oſſium de corde cerui añ: z ſecundum q; videbitur/iſta que ſequuntur deſunt in recepta ſupradicta quedicitur perfectiſſima. ſ. cãfora/alforte creta cãdida/ſaluia/menta/yſopus/ſticados/pix naualis/terebentina/oleum oliuarum/ſal nitrũ/ſal cõmune/maſtix/bdellium/z mel/cum non ſint de textu/ſed de poſtilla. Alia cõpoſitio ẽ pfectiſſima.

¶Item omnia ſupradicta in aquis compoſitis z lento igne diſtillentur: eſt enim res mirabilis/z domina z mater omnium medicinarum: cuius etiam mirabiles ſunt virtutes/contra omnem paſſionem frigidam ſunt eius effectus/tali modo fit ſecundum inſtrumentum ſerpentinũ. ℞. vinum vetus rubeum vnius anni/vel vinum album optimum: ſed rubeum preualebit: quia largius z vberiꝰ reddit aquam: de qua primo pone vnam menſuram in vaſe mundo/clauſo/z diſtilletur igne lento aqua vite: z illam que cum primo vapore exierit/quouſq; pecciolam panni linei ſubtilis intinctam dum ardebit nullo modo comburet: z cuꝫ ardere deſierit: illud quod in vaſe remanſerit/pone deorſum: quia nihil valet. Scito tamen q; in quatuor menſuris ſolet vna remanere: vel exire in prima diſtillatione/aliquando plus/aliquando minus ſecundum bonitatem vini. Item ſi diſtilles illam aquam iam factam/de vna menſura habebis mediam menſuram. Semper enim habebis medietatem illius quod poſuiſti in diſtillatorio. Si vero ter diſtilles/de quinq; menſuris habebis quatuor. Si vero quater diſtillaueris: z debite operatus fueris/illud quod poſuiſti recipies quaſi ſine diminutione: z ſic diſtillabis vſq; ad ſex diſtillationes: in ſeptima erit aqua perfecta: in octaua/nona/vel decima erit perfectiſſima. Scito tamen q; non propter difficultatem operis/ſed propter expenſas in omnibus medicinis vtimur tertia diſtillatione/vel ad plus quarta ſecundum inſtructionẽ canonũ. In prima diſtillatione dicimus perfectam propter vaporem aſcendentem: quia vapor plus diſtillatur in prima diſtillatione/q; in ſecunda: immo plus in prima/q; in tribus ſequentibus inſtrumento ſerpentine. Et ſcito quod tres ſunt aque/que fiunt in prima diſtillatione/ prima eſt perfecta/ illa ſcilicet que ardet ſe et petiam panni. ſecunda eſt ſimplex/que ardet ſe et nõ petiolam panni aliqualiter valet. tertia vocatur fatua/que non ardet ſe: et hec nihil valet/ niſi q; tum ad clarificandos oculos/et faciem: ita tamen q; ex illa lauetur quolibet ſero et mane/in hyeme et in eſtate/mane/meridie/et ſero: et hoc facile intelligitur ab omnibus cauſis ſcientibus. Nota etiam q; diſtillatorium debet implerivſq; ad duas partes: et tertia debet remanere vacua cauſa vaporis fiendi/alioquin per canones vinum exiret/non aqua: et ita dicitur perfecta in prima diſtillatione. Si qs autem vti ſciuerit in omnibus paſſionibus calidis et frigidis curabit/et ſanitatem preſtabit. Hec enim omnium herbarum/ſpecierum/radicum/et florum

attrahit proprietates (ꝓterꝙ florū violarum) si tribus horis maneant in dicta aqua: huiusmodi vero aque in corpore humano effectus sunt mirabiles: quoniā cito curat /et sanat omnes egritudines tam frigidas/ꝙ calidas cerebri/neruorū et iuncturarū in potu sumpta/et foris posita: tñ si egritudo fuerit in humore in tense calido premittatur purgatio: vel nō oportet de necessitate purgari: sed quātitas in potu est j.ʒ. vel vsqꝫ ad.ij.plus/vel minus secundū virtutem patientis/et casus indigentiam/secundum etiā ꝙ est melior.

¶ Primo valet ad omnes humores fluentes/seu venientes a cerebro ad nares que passio vocatur corisa/vel opilatio in naribꝫ: vt multi sunt in cephalica: emigranea/et vertigine. Item contra omnes humores venientes a cerebro ad fauces: quando brāchi tument interius ad modum duarum vel trium amigdalarum Item valet ad syncopim cordis siue ad catharrum. i. ad omne genꝰ rheumatum cum aqua thamarisci. Item ad doloꝛē itestinorū et ventositatē bibita cū aqua añ. Itē valet ad squinātiā cum succo sarifragie iniecta cum syringa. Item valet ad sputum sanguinis cum succo plantaginis et puluere lapidis sanguinarie. Itē ʒ syrones./vermes in manibꝫ cū inunctione, ꝛ fricatiōe. Item ad spasmum de repletione cum castoreo/ruta/et saluia. Item cōtra doloꝛem hemoꝛroydarum bibita cum vino puro et vncta super doloꝛē. Item contra omnes febres preter acutas bibita ante accessionē. Item habet vim tyriace: et est probata contra venenum vltra tyriacam. Item supra omnia valet contra morbos pestilentiales et epidimiam sumpta per os: et eius inunctio super locum dolentem in omnibus causis frigidis. Item nullū venenosum audet appropinquare. Item valet contra omnem tumoꝛem et inflaturam cuiuslibet membri inuncta. Itē expellit oēz ventositatem /et sanat omnem tortionem inteſtinorum sepius bibita /ꝛ inūcta. Itē regiū morbū sanat: vt dicunt phi bibita et non inuncta. Item contra inflaturam cuiuslibet membri/si intingatur lana succida/et tumoꝛi apponatur. Itē valet ʒ ruptură/ si sumatur stomacho ieiuno cū puluere sanguinis leporis sepe Item omne genus vermiū necat: si sepe inunganꝫ cum ea capilli. Item si caput squamosum vel scabiosum frequenter inungatur/cutem mundificat: et saniem consumit/vel scabiem. Item mutos facit loqui / si sepe sumatur per os cum tyriaca. Itē valet ad pulmonē/ ꝛ ad omne apostema phlegmaticum sumpta pos cum aqua maluarum calida. Item ad doloꝛem capitis antiquum ex frigida causa: etiam multum valet si caput ex ea inungatur. Item canos retardat/iuuentutem seruat /tineā capitis et scabiem sanat: si quolibet mane sero et meridie lauetur ex ea. Item memoꝛiam iuuat bibita sepe. Item valet cerebro: si caput ex ea sepe vngatur/ꝛ odoꝛetur. Item si in capitegio apponatur ꝛ distemperetur cum modica tyriaca: ꝛ recipiatur ieiuno stomacho bis vel ter diebus dispositis curat perfecte. Item contra epidimiam cerebri: si bombax in ea intingatur/ꝛ ponaꝫ ad nares. Item ad opilationem sepius bibita/ꝛ super caput posita/ꝛ sepius odoꝛata. Item contra apostema simili modo ministrata. Itez contra paralisim ac tremoꝛem mēbroꝝ: ꝛ consumit phlegma /si bibatur modo predicto: ꝛ si petiola linea teneatur in dicta aqua intincta supra linguam curat perfecte: tamen si necesse fuerit bis vel ter imponatur/ quousqꝫ perfecte sanetur.

Sequunt virtutes et proprietates aq̄ que vite.

netur. Item contra torturam faciei ex verberatione facta: sicut interdū contingit inungatur facies ex ea: quia sanabitur perfecte. Item contra melancholiaz ⁊ tristiciam/si quolibet mane sumat medium coclear cū paruo cipbo vini odoriferi sūme letificat/et bilarē reddit: ⁊ potata virtutes animales cōfortat: ⁊ confortat odorem cuiuslibet rei secū mixte: ⁊ omnis liquor cuz ea mixtus conuertibilis est in eam: nec quicq̄ cum ea positū potest putrefieri. Item contra caliginem oculorum potata vel inuncta lachrymas deficcat: ⁊ telam delet: et est mirabilis gutte frigide oculorum/ et contra virgulam et lapidem oculorum infra et extra posita/et sepius bibita. Item valet debilitati visus et turbidis aspectibus: si sola circa tempora ⁊ papebras oculorum fit inuncta. Item lapidem induratum in renibus vel vesica dissoluit nonē mensibus cōtinuata. vt dicitur a philosophis Item contra passionē iliacam/et colicā/⁊ omnē dolorem stomachi inuncta/et bibita. item contra dolorem dentiz corrosionē gigiuarū bibita ⁊ inuncta. item contra anhelitū fetidum valet gargarisata ⁊ bibita. Itē valet contra asma cum decoctione ficuū ⁊ liquiritie. item contra opilationez splenis/epatis/⁊ renū bibita/⁊ inuncta valet supra omnem medicinā. item contra omnes dolores stomachi a phlegmate/veneno ⁊ melancholia. item contra colicā passionem ex humore frigido phlegmatico ⁊ ventoso bibita ⁊ clisterizata. itē valet contra nernos de nouo contractos/et cū inunctione omnē dolorem ⁊ guttā ex causa frigida proueniente cū bono vino odorifero sumpta/⁊ super dolorem inuncta rugam et lētigines faciei depurat: ⁊ facit faciem splendidā et bene odorantem: impetiginez et serpiginem destruit superposita. itez bydropisim ex frigida causa in potu frequentata curat: si ex ea sumatur quotidie ter ad quantitatem dimidie teste ouj. Itē oēm quartanā additis debitis herbaz ⁊ radicū proprietatibus/que ad mēbra indigentia spectant cito sanat/data ante accessionem. item data contra lienteriam/dissinteriam/diariam/⁊ dissuriam/precedentibus alijs medicinis physicalibus. item sterilitati valet sepe potata. Item valet arteticis/sciaticis/podagricis ex frigida causa purgatione conuenienti premissa. item si vulnus/cancer fistulā/noli me tangere/⁊ similia cum ea lauentur/curat. item expellit venenū potata cū tyriaca/vel cuz aqua calida. Item dolori capitis/lateris et huiusmodi p deſt. item vinum corruptū vel acetū reparat: et reducit ad priorem sanitatē: mustum clarificat/si modicū de ea imponatur. Omne crudum in eā proiectū statiz se apprehendet vt coctū ad ignem. item si petiola linea subtilis in ea balneetur comburitur in pulueribus. Iste sunt recepte de simplici aqua vite/et de cōposita et de perfectissima ad exēplar originalis extracte ex diuersis dictis philophorum et auctorum medicine.

Aliter isti sunt effectus siue ꝓprietates aq̄ vite.

¶ Primo si facies cū aqua cōburēte abluaſ/guttā rosaceā tollit: et si fiat oleū de interioribꝰ nucleis pini cū ista aqua/illō oleū mirabiliter/et cito curat/marime si in lacte calido illud oleum componatur: et cū pinguedine supnatāte inungatur ad pulchrificandum faciem et etiam ad rugas tollēdas a facie: et omnes maculas expellendas cū radice cucumeris agrestis sicca trita et crebellata: et misce cū aqua secunda: et faciem ablue: et cum secunda aqua post aliquantulum temporis laua: et hoc fac per. iij. dies: et mirum videbis effectum. Itē si capilli

frequenter madefiant cum aqua iuxta radicem/illos preseruat a canicie: siue sint in capite/siue in barba :et illos multiplicat :z canos retardat/ grossum phlegma consumendo. Si autem fiant cineres de lignis hedere : et fiat capitellum siue lixiuium cum prima aqua /et caput inde lauetur: capilli fiunt flaui :et si per duos menses continuet/omne genus vermiū necat/et curat:et si vermes fuerit in aure/apponatur de aqua ardenti:et mirifice necat. Itē si caput squamosum cum ipsa vngatur frequenter/cutem mudificat/ z squamas consumit. Item si caput tineosum vel scabiosum cum ea frequenter vngatur:perfecte curat tineam,et omnino abstrahit scabiem in omni parte corporis/mundificando locum. Item si caput est reumaticum:et vngatur frons cum ea/ et loca dolentia: et teneatur ea modicum in ore/ eius ablutio siue vnctio palliat leprosos/ maxime si succus fumiterre/vel ipsa herba in distillatorio ponatur. Item posita in auribus remouet surditatem. Item eius inūctio super papebras remouet lippitudinem /pruritū/et lachrimas oculorum:si cum succo celidonie et aqua ista inungantur:et si due gutte in oculo ponantur/caliginē tollit:idem facit fel turturis. Item succus rute cum ista aqua mixtus despumatus oculo adiunct⁹ antiquā tollit caliginē. Item si serpillū in prima aqua coquatur: z oculi aqua decoctionis lauentur/lachrimas siccat. Item succus celidonie/feniculi/artbemesie/mirti/ suppositus in distillatorio vz ad mundificationem oculorum et clarificationē visus. Item si fistula sit in oculo/succus plantaginis cū ista aqua mixtus cū bōbace suppositus curabit. Itē si macula pānus/aut caro addita sit in oculo: tunc ponat semel in die parua gutta/et hoc fiat sero in lachrimali oculo patientis de illa aqua cāobora sit prius dissoluta:et qñ oculus est doloroſus z multū rubeus :tunc quiescat ab opere:et pone in oculo aquā rose cū lacte mulieris pu⁹ dissolutā ad mitigandum :et qñ oculus fuerit tolerans/reuertere ad opus tuū Itē si pānū vel bombacem madefacias in illa aqua/et super dentem dolentem ponat:et de ea frequēter parū qualibet vice teneatur i ore/illū curat:z curat etiā gingiuarū cancrū/et palati/ et omnes hmōi calefactiones seu infirmitates oris soluit :et linguam promptam ad loquelam facit. Item sanat paralisim/ si cum ea inungatur patiens a nucha per spinam dorsi vsq; ad anum/et cubitos/z oia membra iuncturalia: bis in septimana dentur pillule fetide palliate vel balneate cū prima secundum virtutem patientis :et regatur scōm debitam dietam ab autoribus medicine in capitulis propriis. Item curat indifferenter omnes paraliticos sumpta per os/et locis debitis cum illa frequenter inunctis. Item curat spasmaticos sumpta per os cū tyriaca. Itē destruit omne venenū:et sumpta per os facit loqui illos/qui loquelaz amiserunt: dum tñ capiatur p duos annos: et q⁹ patiens regatur debita dieta:et q⁹ quolibet sero detur ei dyasene/et pillule cum musco dyantbos diazizi.ynos: diacodion aā. et q⁹ patiens portet corrigiā lupinaz: medicina habitā cōseruat sanitatem: z amissam recuperat. Item aqua vite habet sanitatem conseruare/et amissam recuperare: et appellatur aqua vite a plurib⁹ recta medicina z scia. Uñ qui ea vtit/nō videbit i corpe suo aliquaz infirmitatē/q̄ nō fit facilis ad curādū: nec morietur morte famosa: sz morte naturali a deo sibi ordinata.

℞. Rutam/agrimoniam/satirion cum manibus et testiculis/celidoniã/zuccarum /et lapidem calaminarẽ:istam simul tere:et pone in alẽbico :et distilla inde aquam ad lentum ignem/ista aqua habet mirabiles virtutes:quia nullus est dolor oculorum tam magnus curabilis per aliquam medicinam/ quin curetur p̃istam. Item ista aqua bibita ieiuno stomacho depellit oẽ venenum:ꝛ purgat omnes hu.a stomacho:ꝛ hydropisim et frigida causa. Itẽ extinguit ignẽ sacrũ si stupe cãnabine intingãtur in ea:ꝛ p modũ emplastri supponant. Et scito ꝙ ista aqua siue medicina vꝫ contra ignem nigre dispositionis exterius:nam qñ est vbiꝫ interi⁹ rubeus/nullo modo apponas emplastruꝫ sup ignẽ illũ. Itẽ hec aqua bibita cum aloe curat morbum cãcri:si fiat emplastr ũ de stupa intincta in ea :et bis in die debet emplastrum mutari.

Et hec de aq̃ vite:sequitur de alijs aqs et primo de aqua potabili.

℔ Aqua potabilis sic fit. ℞. fenicli/pimpinelle/sinapis/petrosilij/apij / gariophilorum/masticis aã. ista bene terantur/ꝛ misceãtur cũ sanguine birci:et ponantur aã in aceto bono modicũ :ꝛ dimittãtur simul stare aliquot diebus scõz industriam medici :postea ponantur in alẽbico:ꝛ distilletur inde aqua. Ista aq̃ multum valet calculosis/siue calculus sit alb⁹/siue rubeus/siue acutus/siue planus/vel confirmatus/ꝛ patiens biberit/ vel comederit ieiuno stomacho de illa aqua calculus frangẽt:et exibit sicut arena. Item si capita fuerint scabiosa:et in ista aqua lauentur semel /curabuntur /et noui capilli nascentur. Item in quacunqꝫ parte corporis fuerit scabies/si ablnatur cum ista aqua curabitur infra tres vel quatuor dies. Item hec aqua bibita ieiuno stomacho facit bonum sanguinem/et bonũ corporis colorem. Item ista aqua bibita bis in die fugat omnẽ paralisim a corpore humano :dummodo paralisis non sit mortua in membro/ vel in neruis. Item hec aqua vltra omnes species confortat neruos. Item hec aqua specialiter curat morbum caducum:si bibatur bis in die.

℔ Aqua byrũdinũ sic fit. ℞. byrũdines iuuenes:et pulueriſa:ꝛ illũ pulueꝛẽ misce cũ castoreo et modico boni aceti:ꝛ pone in alẽbico:et distilla ide aquã:q̃ quidẽ aqua habet multas virtutes. ¶ Primo hec aq̃ bibita ieiuno stomacho est vera medicina contra morbum caducum /er quacunqꝫ causa proueniat :etiam si homo passus fuerit illũ morbum per multos annos curabitur perfecte. Item bibita ieiuno stomacho curat phrenesim infra nouẽ dies. Item super omnes medicinas facit bonũ cerebrum. Item purgat stomachum ꝛ pectus:mollificat neruos et confortat radicem in paraliticis:et omnem frigiditatem calefacit. Item hec aqua bibita ieiuno stomacho cocta cuꝫ ysopo curat hydropisim ex frigida causa prouenientem:ꝛ febres quotidianas:caueat tñ mulier impregnata /ne de ista aq̃ bibat:qꝛ fetus in vtero moreꝛet. Itẽ hec aq̃ cũ ysopo bibita remouet dol.ꝛẽ capitis:ꝛ facit hominem bene dormire/comedere:et digerere cibaria:ꝛ bñ egerere Itẽ hec aqua remouet pilos a quocũqꝫ loco/si er ea lauent:et nũq̃ renascunt.

℔ Aqua valida siue laratina. ℞. ysopi/gladiole/sauine abrotani aã. distilla in alembico. Ista aqua semel in die bibita ieiuno stomacho curat omnez dolorem capitis. Item vniuersaliter valet contra omnes febres calidas et frigidas. Item mulieribus summe pronocat menstrua: dummodo de ea ter bibant: caueant tamen ne sint pregnantes:qñ fetũ interficeret. Itẽ summe valet

contra omnes fluxus ventris:ꝛ bene cum hoc purgat a malis humoribus. Itez interficit omnes vermes in corpore hominis/si bibatur ieiuno stomacho. Item mane bibita ieiuno stomacho cum castoreo curat omnem paralisim in tertia die ꝛ debet sumi ita calida/sicut homo potest sumere.

Talpa.

¶Aqua dealbatiua. ℞ talpam/ꝛ pulueriſa eam cum sulfure/ꝛ pone succuz celidonie:ꝛ dimitte simul stare aliquot diebus: deinde pone in alembico:ꝛ distilla aquam/que habet multas virtutes. ¶Primo si laueris cum ista aqua aliquod animal nigri coloris/dealbabitur vt nix. Item ista aqua mixta cum aloe ꝛ cera curat omnem guttam: si locus cuz ea vngatur:ꝛcū ista medicina curatur noli me tangere/si cum ea fiat emplastrum/ꝛ supponatur. Item curat caput scabio sum inunctum: curat etiã ignem per emplastra superposita. Item hec aqua cuz lapide calaminari ꝛ aloe commixta curat lupum perfecte: dummodo fiant emplastra:ꝛ superponatur bis in die: ita ꝙ infirmitas bene abluatur cum eadem mixtione:ꝛ scito ꝙ ista aqua nullo modo debet sumi per os.

¶Aqua conseruatiua sic fit. ℞ petrosilium/ꝛ pista in mortario:ꝛ inde distilla aquam/ que multum valet. ¶Primo ipa bibita ieiuno stomacho cõsumit omnes ventositates corporis:ꝛ facit bene comedere/ꝛ digerere. Item ista aqua bibita cum zuccaro valet contra tussim:ꝛ purgat pectoralia a malis humoribus

¶Aqua duplicatiua sic fit. ℞. semina apij ꝛ papaueris albi:ꝛ terantur in mortario:ꝛ adde aquam conseruatiuam predictam:ꝛ postea pone in alembico:ꝛ distilla inde aquam. Ista aqua vz contra tussim ꝛ malum pectoris/si accipiatur ieiuno stomacho mane frigida:ꝛ sero tepida: est enim multum medicinalis:ꝛ facit bene domire. Itẽ bibita calida cum castoreo vz ꝺ epilepsiã:ꝛ sanat membra paralitica: dummodo paralisis non sit in mẽbris mortificata. Item letificat omnia membra:ꝛ ipsa rectificat/ꝛ purgat a malis humoribus. Item confortat caput ꝛ cerebrum.

¶Aqua saluie sic fit. ℞. saluie/pulegij aã tere in mortario/ꝛ pone in alembico. Ista aqua calefacit omnes infrigidationes. Item ista aqua cocta cum castoreo ꝛ bibita calida ieiuno stomacho per tot dies prolongat vitam sani vel egri vsq; ad perodum. Item per nouez dies bibita isto modo perfecte curat omnes infrigidationes. Item ista aqua bibita ieiuno stomacho remouet omne malz ventris. Item isto modo bibita curat omnem guttam ꝛ scabiez:ꝛ facit bonum sanguinez/ꝛ optimum colorem in facie. Item bibita ter in die calida curat omnes infirmitates infra octo dies. Et nota ꝙ omnes aque predicte secundum suã primam distillationem cum castoreo reuõ.ꝛ zuccaro quousq; tertia pars sit consumpta sunt vera medicina contra omnes infirmitates existentes infra corpus:ꝛ debent sumi per os:ꝛ hoc nunq; fuit inuentum per omnes medicos: si autem infirmitas fuerit extra corpus/ sumatur quantitas aque predicte:ꝛ apponatur aqua dealbatiua in sua proportione:ꝛ species predicte decoquantur/ vt prius:ꝛ lauetur infirmitas cum hac medicina:ꝛ de ipsa fiat emplastrum super morbum:ꝛ pa. de ipsa superius dicta sumat per omnes fine aqua dealbatiua:ꝛ cura perficitur. Et est sciendum/ ꝙ beatus Egidius existens in heremo probauit omnes virtutes aquarum predictarum:ꝛ ego hunc librum compilaui dicens.

Quicunq; vult malum ſancti Egidij ſanare/apponat in profunditate infirmitatis:et poſtea ponat deſuper emplaſtrum de cannabe in ipſa aqua intinctum: et ipſa aqua vulnus totum impleatur :et iſta eſt perfecta medicina:vt probauimus :et iſto modo curatur cancer et fiſtula:ita quod nunquam magis ledet in illo loco. Item hec medicina curat lupum/et ignem infernalem : et ignem grecorum/et ignem ſodomorum. Item ſi quis de iſta compoſitione aque, biberit in ſecundo fatali liberabitur ab omni lepra :et paraliſi et ſpeciebus eius/ de quacunq; cauſa prouenerit :et breuiter quicquid hec medicina non curat: nunq; curabitur.

¶ Aqua viuificatiua et de antiquo iuuenem faciens. ℞. terbentine lib. j. mellis lib. ß. aque ardentis ter vel quater diſtillate quart. j. ligni aloes bene triti ſandali muſcatelli añ. ʒ. iij. gummi arabici. ʒ. ij. nucis muſcate/galange/cubebe/ cinamomi/maſticis/gariophilorum/ſpice nardi/tritici/croci/ʒinʒiberis añ. ʒ. iij. muſci fini. ʒ. j. ambre. ʒ. ij. hec omnia bene terantur: et adinuicem miſceantur: et in alembico vitreo bene clauſo (vt ſcis) diſtillẽtur : et fac primo ignem lentũ/ quouſq; habeas primam aquam mundã/ſiue claram/vt aquam fontis :ꝛ cum ſecunda volet exire /que erit ſicut carbo igneus:tunc fortifica ignem motu continuo et non per ſaltum :et ipſam aquã per ſe recipe. Poſtea cum tertia aqua incipit que eſt nigra et ſpiſſa ſicut mel: fortificabis ignem/quouſq; totum liquorẽ habueris:et ſcito q; q̃libet iſtarũ aquarũ eſt calida: vltima tñ calidior ſcõa:et ſcõa prima. Prima vocatur mater balſami. Scõa oleũ balſami. Et tertia balſamũ artificiatum. Prima eſt clara /quam potabis cum vino tepido preciſe/ ſecunda autem et tertia valent ad fomentandum/et remouendum infirmitates nouiter corrodẽtes carnes corporis humani. Prima aqua tepida potata cum vino albo tepido conſumit phlegma in ore ſtomachi:et reddit appetitum comedendi:ꝛ purgat ſtomachum ab omni malo humore. Item ipſa potata non permittit apoſtema venire ad cor/nec ad partes cordiales:vt probaui ſepius. Item pãniculus madefactus infra iſtam aquaʒ poſitus in naribus/q̃tũ poteris intromittere curat a reumate:et hoc facies dum patiens intrat lectum: et panniculus intra dimittatur. Item ipſa anhelitum fetidum de quacunq; cauſa prouenerit /ſi bibatur ſero et mane delet. Item dentes cum ipſa aqua ablutos fortifficat /et dealbat. Etiam dolorem totaliter remittit/ ſiue ſit ex humore/ ſiue ex ſanguine putrefacto. Item quicquid in ea poſitum fuerit/a putrefactione cuſtodit. Item vulnera ex ea lota /et fiſtulam :et aliam quancũq; infirmitatem curat :vt probaui per pannum madefactum ſupra poſitum. Item valet contra quartanã/ſi ſpinam dorſi ad ignez fortiter fricueris aliquot diebus. Itẽ ſi ſcabiem ex ea laueris/curat. Itẽ delet hemorroydas:ſi pannuʒ madefactum ſupra poſueris. Itẽ valet contra ſurditatem /ſi modicum de bombace in ea balneato poſueris in auricula. Item valet contra rubozem faciei /ſi cum ea rubozem inunxeris. Item valet contra paraliſim lingue:generaliter contra infirmitates de cauſa frigida prouenientes:ſecunda et tertia valent contra noli me tangere: et contra morbum regium colli/et gule/et contra fiſtulam /et malum mortuum/ et ſpecialiter ſi nouiter venerint hec predicta: et fomentando pannum ſuperpo-

nendo frequenter curat. Item collisus lapidibus/vel fustibus/vel baculo: vel si quis de alto ceciderit: vel costas fractas habuerit: si ad ignem cum ista bene fricuerit/curabitur. Item/interficitur aranea: si cum ista aqua tacta fuerit: quia ei nullum venenum applicatur. Item paralisim omnium membrorum curat: si cum ea lota fuerint: et scito q̄ prima istarum aquarum quasi generaliter continet virtutes aliarum duarum: sed in infirmitatib⁹ corrosiuis plus. Unde alie due sic se habent/q̄ secunda valet plus q̄ prima/et tertia/q̄ secunda. Et virtutes illarum aquarum non dicuntur tot/quin adhuc plures sint: q̄ valent contra omnes infirmitates/q̄ procedunt ex sanguine vel phlegmate putrefacto: et sic finitur tertia distinctio aquarum.

Sequitur de oleis.

¶Candida sic fit. accipe semen mercurialis/et gentianc/alias zuccarū in quibusdam libris: et simul misce: et sic fac stare per nouem dies: postea extrahe oleum ad modum laicorum. Istud oleum est perfectissimum/si bene et perfecte fiat: et si postmodum in amphora vitrea ponatur/lucet de nocte: istud oleum facit pulchrum colorem faciei. Si quis de isto oleo quolibet mane bibat/etiam si esset centum annorum/color eius in facie iuuenescet: et omnia eius membra alleuiabūtur: et non posset fieri aliqua causa tristis. ¶Item si de hoc oleo sumatur ieiuno stomacho vsq̄ ad quatuor dies/perfecte curat morbum caducum de quadragita annis. Item ista cādida confortat neruos hominis vltra omnes species mirta cum castoreo/et sumpta per os remouet omnes cōtractiones neruorum et facit neruos dormientes sanos: quare his rebus preferimus precioſam. Item summo mane guttam pone in oculis/vltra modum ipsos clarificat. Item ℞. candidam auram foliatum/margaritas de oriente/et reubar. aā. et simul terantur: ista est enim summa medicina lepre: dummodo quolibet mane sumatur ieiuno stomacho perfecte curat lepram: et facit bonum colorem. Sed oportet q̄ parum et bonum vinum in hac cura bibat: et debet vti ista medicina/donec color faciei sit bonus: et erit perfecte sanus/et curatus deo iuuante.

¶Sperma solis sic fit. ℞. semen solsequij: et tere: postea pone in lacte mulieris nutrientis infantem masculum quatuor dieb⁹: deinde fac oleum ad vsum laicorum: istud oleum confortat ser virtutes principales. Item si istud oleum coreris cum auro foliato leuiter bulliendo per vnum diem naturalem: et de hoc oleo laueris capillos/reddit ipsos aureos. Item si quis faciē hominis vel mulieris cum hac medicina lauerit/vel fricuerit: facit carnem claram/planam/et nimis pulchram. Et scito q̄ si ista medicina fuerit bene continuata/durat color eius per vnum annum. Item ista medicina clarificat visum oculorum hominis: et sanat de quacūq̄ infirmitate infra decem dies: dum modo pupilla oculi fuerit sana/siue salua. Item sanat omnem infirmitatem dentium infra tres dies: dummodo gingiue inde frigentur bene: et si sibi esset vermis/morietur/vel cadet. Item si infirmitas gingiuarum sit de gutta vel aliqua specie paralisis curatur infra tres dies. Item si quis biberit de ista medicina nouem diebus curabitur a paralisi/de quacunq̄ causa proueniēte/et etiam si duraſſet per quadraginta annos.

¶Rubia sic fit. ℞. semen nasturtij aquatici/et madefac in aceto bono: postea

deſicca ad ſolem: ⁊ poſtea extrabe oleum ad modum laicorum: iſta medicina mixta cum aloe ⁊ oleo laurino eſt perfecta medicina contra omnem ſcabiem: dummodo locus cum ea inũgatur. Item rubia mixta cum aloe et carbonibus de mari ſimul piſtata et bibita ieiuno ſtomacho depellit febrem tertianam/ ⁊ quartanam: dumtamen per tres dies ſumpſerit. Item rubia cum oleo oliue et petroſilio decocta comeſta ieiuno ſtomacho curat rupturam in corpore. Item rubia cocta cum ptiſana et bibita depellit fluxum ſanguinis: ⁊ fundamenta conſtringit. Item rubia cum furfure cocta depellit omnem guttam.

¶ Sperma ruthe ſic fit. ℞. ſemen ruthe/ et pulueriſa: ⁊ miſce cum auro foliato: deinde pone in bono aceto per diem naturalem: deinde deſicca leuiter ad ſolem et deinde extrabatur oleum ad modum laicorum. Nam iſtud oleũ eſt valde precioſum: nam ſi quis bibendo vel comedendo ſumpſerit venenum: et biberit de oleo venenum euomet: et ſi ſecundo biberit: euomet omnes malos humores ex hoc veneno cauſatos: et ſi tertio ſumpſerit/ curabitur perfecte. Item hoc oleũ omnem dolorem oculorum de quacunq; cauſa venerit/ dummodo pupilla remanſerit in oculis: et bis in die cum dicto oleo lauetur: et vna gutta in oculo infundatur: et fiet cura perfecta infra tres vel quatuor dies. Item ſi homo vulneratus vulnere mortali ieiuno ſtomacho ſumpſerit de hoc oleo perfecto euadet ab hoc vulnere: dummodo medicinis pertinentibus vulneri regatur/ et diriga tur. Item ſperma ruthe bibitum ieiuno ſtomacho depellit omnem guttam et ſcabiem a corpore humano. Item etiam ſi patiẽs hydropiſim ex frigiditate vel caliditate biberit de ipſo quatuor diebus abſq; dubio curabitur. Item ſperma ruthe vinificat membra dormientia.

¶ Sperma pimpinelle ſic fit. recipe ſemen pimpinelle: et pone in vino rubeo aliquot dieb⁹: poſtea deſicca ad ſolem: et piſta: et ex hoc fac oleum ad modum laicorum: hoc oleum bibitum ieiuno ſtomacho ſanat arenam in veſica: etiam ſi homo de aliquo calculo torqueretur: ſi biberit de ſpermate pimpinelle: q̃uis lapis eſſet confirmatus/ diſſoluitur ad modum arene: et breuiter ipſum ſperma bibitum ieiuno ſtomacho frangit calculum de quacunq; materia ſit. Item hoc ſperma bibitum alleuiat hominis membra aggranata.

De cõſideratione methaphyſicali.

¶ Onſiderantes Methaphyſicã ens inquantum ens includens quiditatem/ naturam/ eſſentiaz et eſſe: excludenſq; (ratiõe tranſcendentie) ſingularitatem et exiſtentiam pro eius ſubiecto adequato ſtabilierunt: cui plures formalitates attribuerunt: de quibus primo videndum. eſt ſecũdo de eius conceptibus quidicis antedictis. tertio de eius diuiſione imediata. quarto de conſideratione eorum que in quolibet ☞ Methaphyſice dici poſſunt ſequendo ordinem naturalem: anteq̃ tamen primum aggrediamur/ videndum eſt primo quid noie methaphyſices importet. ſcõo qd noie entis. Quo ad primũ dr ☞ Methaphyſica fm etimologiã vocabuli a meta qđ eſt trãs/ ⁊ phyſis qđ eſt

scientia/quasi scientia transcendens:ex eo/quia versatur circa omnia. ¶Quo ad secundum est notandū/q̄ ens duobus modis dicit. primo sumitur pro omni positiuo/quod est extra nihil:ꝛ sic omnia de quibus istud verbum fuz es est verificari potest/ꝛ eius participium participialiter tentuz:ꝛ sic dicimus bonitatem esse ens:magnitudinem etiam entitatem/ꝛ sic de omnibus formalitatibus entibus rationis/priuationibus/negationibus ꝛc.ꝛ isto modo nullam antecedentiam contrabibilem ad illa dicit/de quibus predicatur:sed solum actualitatem/seu consonantiā essendi:nam si diceret aliquam antecedentiam contrabibilem/tunc entitas in sua vltima abstractione esset ens entitate formaliter:ꝛ sic processus in infinitum:ꝛ nulla formalitatum esset id quod est/ videlicet abstracta ab omni concernentia:ꝛ hoc modo ens consideratum est valde confusuz ꝛ innominatum(vt inquit doctor noster in sua logica magna)quia omnia sub se virtualiter continet:ꝛ nullam habet specificationem vt tale:nec numerum/ꝛ est innominatum:quoniam non est sibi nomen impositum:ꝛ quemadmodum confusum de ente predicatur:ita ꝛ ens hoc modo captum de omni ente: ideo dicit doctor noster in suis prouerbijs/q̄ qui nominat ens omnia nominat:ꝛ sic extra ens non est aliquid:ꝛ dicitur ens quasi actus essendi. Secundo modo sumitur ens concretiue/et formaliter/prout concernit in se predictas formalitates/videlicet bonitatem/veritatem/reitatem/aliquiditatem/vnitatem/ꝛ sic de alijs per modum substracti excepta entitate:a qua formaliter dicitur ens:que quidem entitas abstractum est prescindens ab omni concernentia:et eius concretum est ens: et hoc modo per doctorem nostrum est centrum omnium rerum:ꝛ habet esse(vt ita loquar)specificum: cui nomen impositum est a proprietate entea:nam est esse entitatis/que est essentia/idest ratio essendi eius:ꝛ est res quasi radix essendi:et dicitur bonum a boo boas/quod idem est/q̄ voco as/quia omnia bonuz ad se vocant/ꝛ sic bonitas entitatiua est entitas rei/per quā est appetibilis/ꝛ suo modo de alijs transcendentibus(que cum ente conuertuntur)dicendum est. Ex quibus patet(logice loquendo/ꝛ faciam incidens) q̄ si ista propositio socrates est/resoluatur in ens:ꝛ eius verbum resoluitur in verū terminum:quia in ens cui nomen impositum est ad significandum primo seipsum secundum predictas proprietates:secundario omnia illa de quibus formaliter predicatur. ¶Reuertamur nunc vnde digressi fumus:ꝛ videamus vtrū bonitas/ vitas ꝛc. sint passiões entis/ꝛ visum est ab aligbus q̄ sic:illud phāt auctoritate Aristotelis quarto Methaphysices dicētis/q̄ prima philosophia idest Methaphysica considerat ens/ꝛ passiones/ꝛ principia/ꝛ partes entis.

De duplici acceptiõe ētis,ꝛ eiꝰ etimologia.

De passionibus entis.

¶In opposituz est veritas:quod pluribus rationibus probari potest:primo quia nullum accidens dici potest transcendens:quia tunc precederet suam causam/que est substantia finita:vt ex septimo Methaphysices satis liquet:sed secundum eos predicte passiones sunt accidentia: quia aptitudines posteriores apto nato:ergo ꝛc. ¶Item si predicta accidentia essent transcendentia/ tunc deus non posset effugere/quin esset subiectus accidentibus:immo accidentia essent de essentia ꝛ quiditate eius:cum deus essentialiter per cōmentatorem quar

to methaphyſices ſit bonus/ verus ꝛc. Et ſi dicas quod addunt paſſiones ad ens/ ſicut bonitas amabilitatem/ veritas intelligibilitatem ꝛc. dicitur quod veram eſt: tamen quelibet dignitas ipſius entis ſiue formalitas intelligi poteſt ex ſua natura abſq; tali paſſione extrinſeca/ preſertim cum propria paſſio adueniat rei in eſſe ſpecifico: ꝛ ſic ens abſtrahit ab omni paſſione: quoniam quodlibet ſuperius abſtrahit in ſuo eſſe a paſſionibus vniuerſaliter: ꝛ tamen non eſt aliquod ens/ quod poſſit aliquo modo ab ente abſtrahi: nam quicquid eſt de ratione obiecti in quolibet inferiori inuenitur quiditatiue: ſed ens formaliter in ſuo cõceptu includit predictas formalitates: a quibus vt tale abſtrahi non poteſt: ergo nec per conſequẽs illa in quibus ens reperitur: ꝛ ad Ariſtotelẽ dicitur ꝙ verum eſt/ ꝙ methaphyſica conſiderat principia tam incomplexa ipſius entis/ que ſunt predicte formalitates: q̃ complexa que ſunt dignitates/ ꝛ propoſitiones immediate: vt de quolibet eſt eſſe/ vel non eſſe. conſiderat etiam partes ſubiectiuas/ ꝛ eorum proprias paſſiones. ¶ Quo ad ſecundum eſt notandum/ ꝙ ens et eſſe conuertuntur: et eſſe eſſentiam preſupponit/ a qua denominatur/ et deriuatur ſecundum Auguſtinum quinto de trinitate dicentem/ quod ab eo quod eſt eſſe eſſentia appellatur: et eſſentia preſupponit naturam: nam natura dicitur natura: ex eo quia eſt ordinabilis ad finem intrinſecum/ qui eſt eſſe eſſentie: aliter eſſet otioſa et vacua/ carens fine: et natura preſupponit quiditatẽ eo q̃ qditas eſt radix nature/ eſſentie/ et eſſe: et abſtrahit ab oĩ reſpectu et ordine interioris/ et exterioris: ꝛ ſic dicitur tantum id quod eſt/ ſicut humanitas abſoluta ſumpta pro quiditate tantum eſt humanitas: de qua Auicenna quinto Methaphyſices/ et cõmentator tertio de anima. abſtrahit intellectus [illegible]tatem ab habente quiditatem: et non ceſſat abſtrahere/ donec venit ad ſimplicem quiditatem: et talis eſt quiditas entis/ et in eo dez. omne perfectum habet quiditatem/ et abſtrahit non modo ab eſſe et eſſentia: ſed etiam a natura: ſecundus cõceptus in ordine deſcendendo eſt natura: ꝛ eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans: vt in rebus naturalibus patet: et per Ariſtotelem ſecundo phyſicorum: natura eſt principium motus et quietis/ in quo eſt per ſe/ et non per accidens: et cum nullum ſit ens quod poſſit aliquo modo ab ente abſtrahi: naturam entis in ſe concernit: a qua ſuam propriam trahit: eſt ergo natura entitatiua quiditas ipſa cũ quadã habilitate et ordine ad finẽ intrinſecũ/ q̃ eſt eſſe eſſentie (vt predictum eſt) eſſentia eſt tertius conceptus/ includens quiditatem/ naturam/ et quandam fecunditatem ad actum eſſendi: et eſt (ſecundum doctorem noſtrum) ab eſſe abſtracta/ et in eo ſuſtentata/ eſſe eſſentie eſt quartus conceptus in ordine includens quiditatem/ naturam et eſſentiam in ſe/ et excludens ſingularitatem/ et exiſtentiam cuiuſlibet: nam ipſa hz p eſſe tractũ: vt in tertio loco dicet: ꝛ ipm eſſe eſſentie cõſtat de tribꝰ correlatiuis/ videlicet de potentia actiua/ paſſiua/ et actu medio connectiuo predictarum potentiarum ſeu proprietatuz et proprietas actiua conſtituitur de eadem eſſentia/ et quadam actiuitate/ ꝛ paſſiua de eadem eſſentia/ et quadam paſſionalitate (vt ita loquar) actus vero eſt communis ambabus potentijs/ et quia ens/ et eſſe conuertuntur: ideo in ente

De qditate/ natura/ eſſentia/ ꝛ eſſe/ q̃ libet eteyni nocoicludũt.

De duplici ꝫ ctione.

predicta relucent. ¶ Quo ad tertium videndum eſt de contractione entis ad illa in quibus reperitur: tamen ne tendamus per ignota: videamus primo quid ſit contractio: et quia ſecundum ethimologiam vocabuli / contrabere eſt aliquid ad ſe trahere: et ſic contractio eſt tractio alicuius ſuperioris ad ſua inferiora: et eſt duplex / phyſicalis / et methaphyſicalis. ℙhyſicalis contractio eſt quando aliquid prius per aliquid eſſentialiter ab ipſo diſtinctũ ad ſuũ poſterius trahitur: vt materia prima / que per formas contractiuas cõtrahitur ad compoſita inferiora: et in tali contractione concurrunt omnia accidẽtia / vꝫ quantitas / qualitas / quando / actio / paſſio / relatio ꝛc. in contractione vo ℳethaphyſicali / non ex eo quia contrabibile et contractiuũ non diſtinguntur eſſentialiter: quod requiritur ad hoc / vt ex tali contractione accidẽtia predicta oriãtur. ¶ Contractio autez ℳethaphyſicalis fit (abſqz tñ actione ꝛ paſſione) cuz reduplicatiõe prioris / ꝛ deſignatione poſterioris / cuius practica inferius dabit. Eſt tamen primo notandũ / ꝙ in qualibet contractione cõſiderantur iſti termini: videlicet concretũ / abſtractum / ſubſtractũ / ꝛ diſtinctio. concretuz ſemper addit aliquid / quod non eſt in abſtracto: vt patet in conceptibus interioribus: abſtractio autem fit (per oppoſitum ad contractionẽ) cuz reduplicatione poſterioris / et deſignatione prioris: de quibus per ordinẽ videndũ eſt: et primo de contractione methaphyſicali: que duplex eſt / interior / ꝛ exterior: et primo de interiori in ente tranſcendenti hoc modo / quiditas inꝯtum natura / ꝛ natura inꝯtum eſſentia / ꝛ eſſentia inꝯtũ eſſe / facta interiori contractione exterior fit hoc modo. eſſe ſiue ens (quod idem eſt) inꝯtum diuinũ / aut infinituz / et in ente diuino fit contractio in conceptibus intrinſecis hoc modo. quiditas diuina inꝯtũ natura / et natura inꝯtum eſſentia diuina: ꝛ eſſentia inꝯtum eſſe diuinũ (quod conſtat de tribus correlatiuis vt de patre / filio / ꝛ ſpiritu ſancto) vel eſſentia diuina inꝯtum pater / aut inꝯtum filius / vel inꝯtũ ſpiritus ſanctus. ſuo modo ens cõtrahi poteſt ad ens finitum / ſeu naturale / hoc modo. ens inꝯtum finitum / ſeu ſubſtantia finita / et ſubſtantia inꝯtum ſpiritus / aut corpus / ꝛ corpus inꝯtum celeſte / aut elementale: et corpus elementale inꝯtum elementatum / ꝛ elementatum inꝯtũ animatum / aut inanimatũ: ꝛ animatũ inꝯtũ ſenſibile / aut inſenſibile: et animal ſenſibile / quod idem eſt inꝯtum imaginatum / aut non imaginatum / imaginatum inꝯtum homo: et homo inꝯtum chriſtus / ℳaria / Johannes ꝛc. facta tali contractione fiat abſtractio contrario modo ſic. chriſtus inꝯtum homo / ꝛ homo inꝯtum imaginatum / et imaginatum inquantum animal / ꝛ animal inꝯtum corpus animatum: ꝛ animatũ inquantum elementatum: et elementatum inꝯtum elementabile: et elementabile inquantũ corpus: et corpus inꝯtuz ſubſtantia: ꝛ ſubſtantia inꝯtum ens cõcretiue: in eſſentialiter ordinatis non eſt vlterius procedendũ in abſtractione / niſi in conceptibus intrinſecis: vt ens ſiue eſſe (quod idem eſt / vt hic preſuppono) inꝯtum eſſentia / ꝛ eſſentia inꝯtum natura ꝛ natura inquantum quiditas. Nunc vlterius in abſtractionibus procedere nõ valemus / niſi fiat reſolutio ipſius quiditatis entis in quidicos conceptus formales ceterarum formalitatum: quoniam quiditas entis plena eſt predictarũ

De concreto abſtracto / et ſubſtracto / ꝙ ī ꝙlibet ꝫctione ꝫſiderant ꝛ primo i intrinſeca.

De ꝫctione methaphyſicali extrinſeca ſequẽ do ordinẽ nature.

rationum ꝓpter identitatem et impoſſibilitatem realis ſegregationis inter ſe:et quemadmodum facta eſt contractio et abſtractio interior in ente tranſcendenti et diuino/poteſt fieri in quolibet ente limitato:deinde inueſtigat methaphyſicus quomodo ſe habent predicti termini inter ſe:vt concretum concernendo ſuum abſtractum/et ſubſtractum:et quo modo abſtractum ſe habet ad concretum/ꝛ ſubſtractum ꝛ econtrario. Vlterius inueſtigat differentiam inter illa etiam ꝛ earum identitates obiectat ens eſſe contractum vniuoce(cum quadam analogia tamen)in deo ꝛ creatura/vniuoce autez preſcindendo ſubſtãtiaz creature a finitate/inceptione/ꝛ deſitione:ſimiliter ꝛ ſubſtantiam dei a deitate/infinitate/ꝛ immenſitate:ꝛ inuenit vnũ in pluribus vniuoce contractum ſecunduz vnum nomen/ꝛ eandem rationem:nam vnũqꝺqꝫ recipit predicationem ꝛ denominationem ab ente: et ſecundum illam ratio ſubſtãtie eſt eadem(vt in prima figura probatum eſt)analogice autem:quia eſſe deo per prius ꝛ ſimpliciter / et ab eterno cõpetit/creature vo ꝑ deũ:ſz obiectiue ꝛ abſtractiue cõſideraꝛ tale ens i ſe:ꝛ i tali eſſe nec finitũ/nec infinitũ/creatum/nec ĩcreatũ eſt:vt in ſuperioꝛib⁹ probatum eſt:ſubiectiue tamen non habet eſſe extra deum:aut creaturam per deuz: deinde reſpicit decem predicamenta eſſe entia: aĺr enumerari non poſſent in numero plurali:ꝛ ſic inueſtigat qnomodo ens contractum eſt in ipſis:ꝛ vtrum verificetur vniuoce de ipſis:ꝛ inuenit ꝙ non/niſi equiuoce:ꝛ primo adheret auctoritatib⁹:vt meli⁹ veritatem huius inueſtigare poſſit:ꝛ quia Ariſtoteles ſeptimo methaphyſices dicit primum ens eſſe quod quid eſt/ꝛ ſignificat ſubſtantiã/alia a ſubſtantia dicuntur entia entis:eo quia ſunt taliter entis ideſt ſubſtãtie.idem ℙorphirius in ſuis vniuerſalibus dicens .ſi aliquis omnia predicamenta entia vocet/equiuocet non vniuoce ea nuncupabit.ꝛ quia artiſta huius artis videt ꝙ auctoritates doctoꝛum aſſerunt ens equiuoce de decem predicamentis verificari / preſupponit ita eſſe:tamen quia intellectus non quieſcit in auctoritatib⁹:cũ ꝓpri⁹ ei⁹ act⁹ nõ fit credere/ſz intelligere: tñ credit prio /non vt credat/ſed vt intelligat:ideo vlterius inueſtigat an ratione haberi poſſit/ꝙ ens equiuoce de ipſis predicamentis verificetur ;ꝛ ſic conſiderat ipſa accidentia / que tantam dicunt imperfectionem / ꝙ per ſe/ nec in ſe eſſe poſſunt : ſubſtantia vero habet eſſe per ſe/et in ſe:ꝛ quia eſſe per ſe ꝛ in ſe plus dicit de entitate/bonitate/magnitudine ꝛc.ꝙ non eſſe per ſe/ſed in alio:ꝛ cum eſſe ens bonum/magnum ꝛc.conuertantur :ꝛ vnam naturam dicant per Ariſtoteles quarto ℳeta phyſices/ſequitur ꝙ accidentia non ſunt entia/niſi equiuoce. ¶Item omnis creatura eſt finita finitate:ſed ſi quantitas / vel qualitas / ꝛ ſic de alijs eſſet creatura/ipſa eſſet finitate finita:tũc quero de tali finitate:an ſit creatura/vꝫ nec ſi dicis quod creatura':ergo finitate finita : ꝛ ſic proceſſus in infinitum : cum non videatur maioꝛ ratio de v no accidente/ꝙ de alio ſed forte dices/quod propter quod ꝛ quo ſtandum eſt in quo :nam ſi qualitas eſt finita : ex eo quia eſt creatura/tamen ſua finitas non erit finita alia finitate:ergo nec per conſequens erit creatura:ꝛ ſi nõ creatura/ens deſcẽdere nõ poterit i ipz accidẽs ꝑ deũ creãtẽ illud;ſed erit ꝑ creaturã occaſionaliter/ꝛ ꝑteritẽtũ/cui⁹ ſimilitudo ꝛ veſtigiũ eſt.

Deanalogia et vniuocatiõe entis reſpectu eoꝝ de quibꝰ dicat.

De differentia eoꝝ que ſubſtantiam in ſuo conceptu cõmuni conſtituunt.

Adhuc ꝛ Methaphyſicus inueſtigat differentiam ſpecificam inter illa que ſubſtantiã in ſuo cõceptu cõmuni cõſtituunt/vꝫ iter bonitatẽ/magnitudinẽ:ꝛ inenit qõ diſtinguunt eſſentialiter:ꝛ per conſequẽs numero: cũ vnũquodq; predictoꝝ principioꝝ ſubſtãtialiũ retineat ſimilitudinẽ ſcte trinitatis:admiratr tñ vñ ẽ quod cũ ens in ſua vniuerſalitate ipſas formalitates includat:ꝛ tamen inter ſe realiter non diſtinguuntur:ꝛ in ſubſtantia creata:ꝛ generaliſſima diſtingantur predictis diſtinctionibus:ꝛ inuenit diſcurrendo per intellectum diſcurſiuum/ quod hoc eſt ratione creationis/aliter nulla earum creari potuiſſet: cum terminus creationis ſit ſingulare eſſe:cuius eſſe eſt continere eſſentiam/naturam/et quiditatez:ꝛ quia diſtictio ois ſpecificatur ab extremis:iccircoꝫ bicũq; ſunt plures eſſentie/ibi eſt diſtinctio eſſentialis. Alterius inueſtigat/an in conſtitutiõe ſubſtantie illa que primo ſunt/primo vniantur: et inuenit ordinem eorum que conſiderantur in omni cõpoſitione/ſeu conſtitutione methaphyſice/ loquendo: nã eſſe partium preſupponitur appropinquationi:ꝛ appropinquatio vnioni/ vnio conſtitutioni/conſtitutio informationi/et informatio reſultationi/ reſultatio ſingularitati/ſingularitas exiſtentia/exiſtentia operationi:et omnia accidentia conſequuntur exiſtentiam:et ſpecificantur/et indiuiduantur ad ſpecificationem et indiuiduationem ſubſtantie: et ſic conceptus intrinſeci ſubſtantie ſecundum ordinem nature illi qui primi ſunt primo vniuntur: ita quod ex quiditatibus principioꝝ ſubſtantialium primo quiditas totius fit: et ex naturis ſecundo natura totius:et ex eſſentijs partium eſſentia totius:ꝛ ex tiuis partiũ/tiuũ totius:et ex bilibus ptiũ bile totius:ꝛ ex are partiũ:are totius:ꝛ ex bis tribus correlatiuis eſſe totius:ꝛ ex ſingularibus partium ſingularitas totius: a qua ſubſtantia dicitur ſingularis tali ſingularitate communicabili:et ſic ſingularitas eſt interior modus/cui fit vniuerſalitas: que poſt eius eſſe ſingulare ſibi accidit:inquantum verſabilis eſt circa ſpiritualia et corporalia:ſub qua immediate ponuntur he due ſpecies/videlicet ſpiritus et corpus: de quibus ipſa vniuerſaliſſima ſubſtantia predicatur:et hec ad logicum pertinẽt. Methaphyſicus tamen illa abſtractiue conſiderat/inquantum entia/ponendo differentiã inter ſpiritum et corpus primum nature:ex eo/quia alia eſt formalitas/qua ſpiritus eſt:et alia qua corpus:et vna queq; ipſarum eſt ſimplex:et cum hoc eſt concreta concernentia conceptionali concernens ſuam quiditatem/naturam/eſſentiam/eſſe:ꝛ ſingularitatem/tamen non eſt concreta concernentia eſſentiali: qr tunc eſſet compoſita: et ſpiritualis/nobilior/et in maiori gradu perfectionis eſt/cui fit corporalis: et hoc habet ab agente ſupernaturali ſuam ſimilitudinem ſecundum magis et minus:et capacitatem rei imprimendo:ꝛ ſic per conſequẽs diſtincte ſunt quiditates nature/eſſentie ꝛc. vſq; ad ſingularitatem/de quibus negociatur ipſe Methaphyſicus:et diſtinguit intrinſece predictos conceptus non deſtruendo idẽptitatem quam inter ſe habent:et etiam extrinſece ſimiliter facit conſiderando ſufficientiam/entitatem/ꝛ differentiam cuiuſlibet primo in vniuerſali formalitates ſubſtãtie/ſecundum quam non ſuſcipiunt magis neq; min⁹:ſz oẽs angeli ꝛ aie equales ſunt natura (teſte Auguſtino) conſiderat inde differentiam ꝛ inequalitatem eoꝝ ſpecifice:et inenit/qõ vnuſquiſq; ſpiritus ſuam facit ſpeciem

De ordine quẽ ſeruant cõceptus intrinſeci in cõſtitutiõe alicuius tertij.

facit ſpēz realē eſſe:hoc ꝓbat auctoritate Ariſtotelis ſcō de aīa/dicētis ꝙ multitudo idiuiduoꝝ eſt ꝓpter conſeruationē ſpēi:ſz i angelis pōt cōſeruari i vnico indiuiduo:cum tale ſit incorruptibile:ergo ⁊c.ſed dubitat de anima rationali/ꝙ ſi quelibet faciat ſuammet ſpeciem:tunc ſortes ⁊ plato erunt differētes ſpecie: cum habeant diſtinctas ⁊ ſpecificas animas:tamen quia ipſe metaphyſicus deſcendit ad modum extrinſecum cuiuſlibet anime:⁊ inuenit ꝙ anima non habet ſtatum in ſe:quemadmodum angelus qui eſt ſuppoſitum/⁊ perſona:anima vero eā cū corpore conſtituit:ideirco conditionem totius ſequitur:⁊ ſic q̄uis anime ſortis ⁊ platonis differant ſpecie/⁊ retineant ſuum eſſe in toto: tamen qz non poſſunt per ſe ſuppoſitari ꝓpter inclinationem quā habent ad corpus: et cum omne continens recipiat contentum ad modum ſui:ideirco q̄uis anime differant ſpecie inter ſe:tamen numerātur ad numerationem ſubiecti. Vlterius habita noticia vniuerſaliū q̄ angelis ⁊ animalibus naturaliter ⁊ intrinſece inſunt ad ꝑticularia deſcēdit: nā innata eſt nobis via ꝓcedēdi ex notioribus/que ſunt vniuerſalia ad ipſa particularia.ex primo phyſicoꝝ.⁊ quemadmodum res ſe hz ad eſſe/ſic ad intelligi.ex ſcō metaphyſices.⁊ tertio de aīa/vt Auicenna deducit/ſi aliqō eſſi videatur a remotis:primus cognoſcit ꝙ ſit ens/ſubſtantia/⁊ corp⁹/ꝙ animal:⁊ prius animal/q̄ lepus: aut canis ⁊c. ſic i ſubſtantijs ſeparatis/que remote ſunt a ſenſib⁹ fiendū eſt:⁊ iſto modo vnūquēq; eoꝝ cognoſcit in ſuo eſſe determinato:nā cū ſint plures:requirit de neceſſitate/ꝙ eoꝝ differētia ſit gñica/ſpecifica/aut numerica:nō gñica/qz omnes ſunt ſubſtantie:ergo eſt ſpecifica:vt probatū ē:⁊ p cōſequēs numerica:nā q̄cūq; diſtigunt ſpē/diſtigunt nūero/⁊ nō eō rio:⁊ qz vnuſq;q angel⁹ eſt ſuppoſitū:ideo eſt p ſe ens vnū:⁊ res rata/⁊ ꝑſona p ſe vna:⁊ p ſe ſonās:⁊ habet ſuas ꝓprietates:q̄ ſunt itelligere/recolere/⁊ amare ſed iterum incidit in dubitationem ipſe metaphyſicus:nam cuz anime habeant predictas proprietates:videtur ꝙ ſint communes/⁊ non proprie:ſed inde recurrit ad modum quem habent anime intelligendo ⁊c.⁊ inuenit ꝙ anima proprie non intelligit:ſed appropriate inquātum totum quod eſt homo appropriat ſuis partibus operationes quas habet:nam cuius ē eſſe/illi⁹ eſt operatio:toti⁹ eſt eſſe/ptiū vero coeſſe:ergo ⁊c.ſed adhuc dubitat:qz cū angeli ⁊ hoīes cōueniāt in predictis ꝓprietatib⁹:nō merentur dici ꝓprietates:cum proprū ſit qō vni ſoli cōuenit:tū diſcurrit/⁊ inuenit/ꝙ hō hz aliū modum intelligendi a modo angelorū:nam intelligit p diſcurſuz a premiſſis ad cōcluſionē:ideo dicit rōnalis: qz ſucceſſiue ſuū obiectū ⁊ per phātaſmata accipēs attingit:angeli vero ſubito ſine ſucceſſione:ideo intelligentie ⁊ nō ratiōales proprie dicūtur:ſed adhuc reſtat dubitatio:quia cum anima ſeparata a corpore intelligat/⁊c.⁊ angeli etiā cōiter intelligant ⁊c.videtur ꝙ non poſſint dici proprietates. ¶ Iterum diſcurrit metaphyſicus inueſtigando differētiā horū:inuenit in primis/ꝙ licet aīa ſeparata ſit actualiter a corpore:nō tamē habitudinaliter: ideo ipſa ſepata actu habitu operatur intelligendo/amando/⁊c.angeli vero abſq; tali habitu. profundius adhuc oportet ipſum rimari:vt tales ꝓprietates in angelis inueniat:⁊ quia nō poteſt abſq; coadiuuamine matbematici/qui maiozitatem/equalitatem/⁊mi-

Be dfa inter ſortē ⁊ platonē lz eoꝝ aīe ſpecie diſtinguātur.

Be dfa l angelis.

noritatem in rebus considerat: ideo quemadmodum theologus ei subuenit porrigendo manum: sic oportet q̄ mathematicus faciat metbaphysico: aliter non valeret inuenire predictas proprietates in angelis: ꝛ sic inuenta maioritate / minoritate in angelis / immediate inuenit q̄ vnusquisq̄ angelus suam propriam proprietatem intelligendi habet taz intrinsece per species innatas / q̄ extrinsece: sed vlterius dubitat / vtrum tales proprietates: videlicet intellectus / voluntas / ꝛ memoria sint accidentia: ꝛ sic recurrit ad finem: gratia cuius date sunt angelo / ꝛ anime predicte potentie: ꝛ quia theologus ipsum iuuat in hoc passu / ei significando q̄ deus creauit rationalem creaturam: vt ipsum deum intelligat: diligat / ꝛ recolat: tunc iacto illo fundamento mathematicus rumatur hoc modo. in substantia plus est de bonitate / magnitudine / duratione / potestate ꝛc. q̄ in accidēte / ꝛ ppter hoc: qz substātia p se existit / ꝛ agit: accidens vero non: sed est ei⁹ instrumentum / et in substantia sustentatum: ꝛ ab ipsa suas habet perfectiones. vnde cū de⁹ sit summe recolibilis (vt phat theolog⁹) intelligibilis / ꝛ amabilis / requirit ab anima q̄ ipsum obiectet cū magnitudie bonitatis / duratiōis / potestatis ꝛc. ꝛ non cum paruitate ꝛ imperfectione: vt non sit contra suam summam intelligibilitatem ꝛc. talem requisitionē rōnali creature deus facere nō posset / si potentie predicte essent accidentia: ergo ꝛc. Preterea multa alia inconuenientia sequerentur / videlicet q̄ anima non haberet partes substantiales / quibus agere posset: quemadmodum vnunquodq̄ elementatum: ꝛ sic substantia corporalis que minor est in bonitate / virtute / ꝛ perfectione / q̄ substantia spiritualis esset maior in agendo: licet sit minor in existendo: quod est impossibile: ergo ꝛc.

Utrū intellect⁹ / volūtas ꝛ mēoria sint accidentia.

De accidētibus in substātia spūali cōsideratis.

¶ Item si voluntas esset accidens / esset mota ab anima / que est substantia ad volendum / cum nullum accidens seipsum moueat: sed monetur a substantia: sicut agens quod suum instrumentum mouet ad agendum: ꝛ sic anima antecē voluntas suum obiectum appeteret / haberet alium appetitum intrinsecum substantialem: cum quo moueret appetitum voluntatis / ꝛ electio / libertas ꝛ deliberatio in volūtate nō essent: sed essent in appetitu intrinsece substātiali: ꝛ sic esset electio ꝛ deliberatio circa obiectum / anteq̄ esset: ꝛ voluntas esset pura passio: ꝛ sic de intellectu ꝛ memoria: quod est impossibile. considerat vlterius omnia accidentia subiectata in substantia spirituali / non autē vt subiectata: sed vt abstracta: ꝛ vnunquodq̄ in sua propria coordinatione ordinatum: ꝛ primo quantitatem: naꝫ vnusquisq̄ angelus ꝛ anima suaz habet quantitatem propriam deriuatā a quantitate substantie: ꝛ sic de alijs accidentibus: tamen non dicas substātiam predicamentalem sumptam pro tota sua coordinatione esse finitam: quia tunc a methaphysica deuiares: cum ipsa habeat subiectum abstractionis: quia considerat vnumquodq̄ in se / prout prescindit a quocunq̄ posteriori: ꝛ sic substantia spiritualis considerata fuit in se: nunc considerāda sunt accidentia vnunquodq̄ in se ꝛ seorsum metaphysice: ꝛ quia quanto subiectum altius ꝛ nobilius est in bonitate / ꝛ perfectione / tanto ꝛ eius accidentia / ꝛ cum spiritualis substantia sit nobilior corporali: ergo nobiliora habet accidentia: ꝛ similiter dicēdū de ipsis substantijs spiritualibus inter se: tamen ipse metaphysicus sequē

do Aristotelem cadit in dubitationem:cum ipse Aristoteles duodecimo de tapbysices ponat oēs intelligentias esse virtutes infinitas:ꝛ per cōsequens plures deos.ꝛ in sexto pbysicorum dicit ꝙ non contingit principium mouens habere magnitudinem:et eo/quia habet potentiam infinitam.vlterius querit an talis substantia sit vna vel plures:ꝛ concludit ꝙ plures secundum numerum lationum.dicit etiam tales substantias necessario esse sempiternas/ꝛ immobiles. ¶Item in predicamentis capitulo de quantitate diuidit ipsam in continuam/ꝛ discretam:continuam subdiuidit in longitudinem/latitudinem ꝛc. ex quibus patet angelos comprehensos non esse sub tali diuisione. et alio latere videt ꝙ idem Aristoteles ponit ordinem essentialem inter omnia entia ad vnū primum/ꝛsignanter in entibus separatis:nam causa secunda depēdet a prima licet causaliter non sit a prima:sed sicut est in speciebus numerorum/ꝛ figurarum:ꝛ sic met bapbysicus secundum istam viam est in magna confusione ꝛ ambiguitate:tamen quia est artifex generalis/recurrit ad tbeologum/quid ipse sentiat de bac opinione:cui tbeologus ostendit ipsam esse erroneam/ꝛ impossibilem/prout in pluribus locis probatum est:ꝛ articulus de eternitate mundi condempnatus:sunt ergo angeli ꝛ anime finiti/ꝛ limitati:ꝛ p cōsequēs quāti/cum per eundem Aristotelem finitas quatitati congruat:ꝛ ipsa est nobilior:ꝛ maiorem similitudinem substantie retinet(a qua effective babet esse)ꝫ retineat aliquod aliud accidens:nam quemadmodum generans imprimit magis suam simulitudinem ꝛ perfectionem in vno/ꝫ in alio:sic ꝛ substantia in quātitate/ꝫ in quando:cum ipsa sit subiectum immediatum:ꝛ quando perfectius est:ꝛ plus dicit de substantialitate(vt ita loquar)ꝫ actio/ꝛ actio/ꝫ passio:ꝛ passio/ꝫ relatio:nam relatio est ita parue entitatis/ꝙ vix capi potest:immo interdum de ipsa loquendo inter manus labitur:ꝛ sic de alijs sequentibus:que relationes secundum dici dicuntur quantitas:in rebus spiritualibus est quantitas virtutis/ꝛ non mollis:ꝛ sic distinguitur contra trinam dimensionem:ꝛ est id quod immediate inberet substantie:sed dubitatur an inberat inberentia distincta realiter ab ipsa quantitate/ꝛ dicitur ꝙ non:ne ipsa inberentia quantitatis alia inberentia inbereat:loquēdo tamen de inberētia babitudinali:quoniā a bactuali quidem prescindit.multas dubitationes babet metbapbysicus circa predicamenta accidentalia:quas in corpore artis enucleatas inueniet/si bene perquirat/ꝛ discurrat totum opus:deinde descendit metbapbysicus ad corporalia:sequendo ordinem nature:ꝛ primo considerat primum corpus nature:p nt prescindit a quocunq; includens quiditatem/naturam/essentiam/esse/ꝛ singularitatem communicabilem:ꝛ excludens omnia accidētia:ꝛ sic inuenit ꝙ tot formalitates extensiue includit in se/quot natura spiritualis:non tamen tot intensiue/ratione cuius minorata est eius natura/ac etiaz ratione finis:quia corpus ipsum non attingit finem in se:sed ordinem babet ad sua inferiora/tāq; ad terminū motus:ꝛ sic pbysice est considerationis/sed qz metbapbysicus obiectat ipsum in corporibus supracelestibus cōmunicatum/ꝛ inerificatuz/vnitoce tñ quo ad suam rōnem formalē:tamen qz diuersis formalitatib⁹ contractum est:

De maiorita te ꝛ minorita te accidētiū.

uersos habitus particulares de ipso vendicat: et licet celum vnam dicat vnitatem conuenientie: tamen secundum diuersa organa ipsa substantia celi est diuersificata/quemadmodū sensitiua: ⁊ sic sunt octo organa/sicut octo sunt sphere: ⁊ quodlibet organum suum habet specificum motū a casu/et fortuna in se separatum (vt ostendit eius naturalitas) qm̄ est sic ord. natus/quod aliter nō potest se habere: verūtamen ista inferiora aliquem recipiunt motum a casu/ et fortuna: eo quia non habent motum circularem: creator enim creauit in octo formis celorum virtutem motiuam/que de potentia in actum deducta naturaliter mouetur circulariter instinctu ⁊ appetitu: vt ad finem cui mouētur/ perueniāt: ⁊ cessare nequeunt ratione figure orbicularis/quousq; finem attigerint: que erit in vltimo homine: ita quod per accidentia ⁊ a posteriori Methaphysic⁹ venit in cognitionē qō qd est cuiuslibet celi: et inuenit ōīam specificā inter ipsos/ ⁊ nō habere sub se (vt dictum est de angelis) plura suppositā: ex eo quia naturaliter nullam contrarietatem includunt in se: sicut apparet in octaua sphera ⁊ planetis: quoniam octaua sphera mouet naturaliter de oriente in occidentē: ⁊ planete de occidente in orientē: vt in superioribus satis declaratum est: ⁊ talis motus extrinsecus ⁊ naturalis est fons/a quo deriuantur contrarietates inferiores: ⁊ motus sicut motus leuium et grauium/calons/frigoris/eu fortunij/ ⁊ infortunij/ sanitatis/et infirmitatis/letitie/ ⁊ tristitie: ⁊ sic de alijs suo modo. et per ista Methaphysicus considerat principium naturale in celo/cum quo motus celi est principium primitiuum: ⁊ cum quo sua bonitas est vnū principium/habens in se tria principia concreta/sicut bonificatiuum quod est principium actiuum/cum quo influit in inferiora formas actiuas bonas/ ⁊ masculinitates: ⁊ bonificabile principium passiuum/cum quo causat in inferioribus maternalitates/ ⁊ femineitates/et bonificare principium neutrum: ⁊ commune/cum quo causat in inferioribus neutralitates/ ⁊ communitates: inter corpora celestia est medium connectuū/ et continuatiuum/per quod descendunt influentie vsq; ad sphceram lune: que est sicut forum methaphorice loquendo: ⁊ elementa ab ipsa sphera lune eas recipiunt: nam sol dat suam influentiam veneri: ⁊ venus mercurio: et mercurius lune/et luna igni/ ⁊ ignis aeri/ ⁊ aer aque/ ⁊ aqua terre/in qua sumus. Et nota qō elementa omnia vsq; ad orbem lune sunt confracta/et mixta propter mixtionē generabiliū ⁊ corruptibilium: ⁊ non sunt ita simplicia in suis spheris/ sicut corpora celestia: dubitat tamen predictus Methaphysicus an corpora celestia moueātur naturaliter/ ⁊ a se/vel ab aliquo alio extrinseco: ⁊ inuestigat primo quid doctores senserunt de hac materia: vt melius peruenire possit ad actū propium intellectus: ⁊ inuenit Aristotelem in. viij. Phyſico⁹ dicentem/quod motus corporum celestiuz est naturalis/et perpetuus. ⁊ in vndecimo Methaphysices/ qō intelligentie mouent orbes: tunc videns se in magna perplexitate implorat auxiliū Phyſici: cuius propria est consideratio: ⁊ ipse Phyſicus ei auxiliatur modo qui sequitur. Motus est triplex: naturalis cuius principium est natura: voluntarius cuius principium est voluntas: ⁊ violentus cuius principium est ad extra passo non conferente vim. tunc Methaphysicus cepit syllogisari ⁊ discurrere sic. omne naturale est a natura/ ⁊ a principio intrinseco ⁊ de per se: ꝫ motus

corporum

corpoꝝ celestiū est naturalis:ergo ꝛc. ¶Per oppositū/omne illud quod mouetur a principio extrinseco est violentū: sed celi mouentur a principio extrinseco: qꝛ ab intelligentijs: ergo ꝛc.ꝛ cū nullū violentū sit perpetuum: sequitur quod motus celi non erit perpetuus:quod est falsum: et hoc modo peruenit ī noticiā nature:ꝛ quiditatis cuiuslibet celi/deinde sequendo ordinē artis descēdit ad quartum subiectum/quod est homo/designatum per .E.ꝛ qꝛ homo constat ex duabꝫ naturis (vt in precedentibus visum est)considerat vnāquāqꝫ seorsum/ꝛ in se a quiditate inclusiue vsqꝫ ad accidentia exclusiue: ꝛ sic concludit diuersas passiones de eo/seu demonstrantur per inclusa in primo modo dicendi per se: ꝛ sic facit scientiam veram ꝛ realem sub habitu ✠ethaphysico contentam. Et ne vlterius procedamus/volumus hic in homine dare practicam/ꝛ modū inuestigādi oēs facultates/ꝛ cōsiderationē cuiuslibet artificis/sequēdo doctrinā illuminati doctoris magistri Raymūdi ī de ascensu ꝛ descensu ītellectꝰ/obiectat ī primis artista huius artis(q̄ inuestigatinꝰ ẽ omniū rerum ꝛ facultatū) in homine plures actus realiter distinctos inter se/quorum aliqui sunt naturales/ alij vero morales.per naturales deuenit in noticiam potentiarum ꝛ formalitatum/a quibus naturaliter emanant:nam potentie cognoscuntur per actus:ꝛ actus p obiecta. ex primo de anima.et sunt predicti actus naturales: et communes elementare/vegetare/sentire/ꝛ imaginari: ꝛ sunt omnibus animalibus perfectis communes:de quibus eoꝝ potentie verificantur/predicanturqꝫ:ꝛ sic inuenit logicam/que est de secundis intentionibus adiunctis primis:nam predicte potentie per prius se habent ad constitutionem animalium/et alioꝝ elementatoꝝ/q̄ verificētur de eis:quoniā dici de presupponit esse in: ꝛ quia non possunt esse in pluribus nisi moueantur motu naturali ad ipsa:ꝛ sic sunt physice considerationis:et hoc modo inuenit philosophiam naturalem. Vlterius videt in homine alios actus/qui non sunt communes omnibus animalibus/ sicut sunt seminare/induere/equitare/pingere/scribere/legere/ꝛ sic de alijs huiusmodi:ꝛ sic cōsiderat artista/quod in homine plus est de esse ꝛ essentia/q̄ in leone/vel alio animali/quod quidem esse est rationale:ꝛ essentia rationalitas: ꝛ sic inuenit ✠ethaphysicam:ꝛ quia ab ipso esse rationali sunt intelligere/amare:ꝛ memorari/cum quibus rationale habet altiores actus/ꝛ etiam nobiliores/q̄ irrationale: quoniam liberum arbitrium consistit in his: et sic inuenit philosophiam moralem/ que est ex actibus elicitis a voluntate/ put sunt conformes vel difformes rationi recte: vt in vltima parte huius patebit.admiratur vlterius artista quare est scribere/ legere/ docere:nam propter admirari ceperunt homines philosophari:ꝛ sic reflectit se cōsiderando suam essentiam/ꝛ esse:ꝛ sic inuenit quod rationale est quod homo habeat sciētias liberales per scribere/legere/docere:sicut est rationale quod habeat scientias mechanicas per cultiuare/seminare/venari/nauigare/ꝛc.ꝛ quia considerando in quolibet elementato caliditatē/ frigiditatē/ humiditatem/ꝛ siccitatem gradatim esse/ꝛ colorem arguit quatuor elementa/sine quibus esse non possunt:ꝛ per longitudinem/latitudinem/profunditatē arguit primuꝫ corpus nature esse contractum in ipso elementato/ꝛ angul⁊/trian

guli/quadrãguli/circuli/ꝛfigure:de quib⁹ ⁊Mathematicus negociat ab bis naturaliter procedunt:vt rotunditas capitis/quadragularitas faciei:velyngnis/aut palme /tringularitas naſi /cordis / lingue/et per vegetatiuam habet membra/ſcilicet cor /epar /cerebrum/oculos/pectus/humeros/brachia/ ventrem / crura / genua/tibias/pedes /venas / ſanguinem / oſſa /ꝛc.et boc figuratũ eſt iplãta /in qua ſunt branche/rami /folia/flores /ꝛc.et per ſenſitiuam ſentit bomo famem/ſitim/doloꝛem ꝛc.et per imaginatiuam imaginatur obiecta ſenſibilia/gratia cuius mouetur ad ſenſibilem appetitum:et per animam rationalem monetur ad obiecta ſenſibilia /imaginabilia /intelligibilia / amabilia / et recolibilia et ſic cognoſcit ſecundum predicta diuerſas conſiderationes artificum / et etiaꝫ diuerſas potentias in bomine /ex quibus eſt eius natura conſtituta: admiraꝫ tamen vnde eſt /ꝙ ex anima et coꝛpoꝛe fieri poſſit vnum :cum non babeant aliquod medium /per quod coniungi poſſint:quoniam tale non poteſt dari ſpirituale /neqꝫ coꝛpoꝛale:vt patet cuilibet bene intuenti :bic eſt punctus tranſcendens/ad quem non ſufficit imaginatiua :nec per conſequens ſenſitiua:et ſic aſcẽdit mediante fide ſupꝛa vires ſuas ad intelligendum bunc punctum tranſcendentem: et preſupponit id quod in libꝛo dei ſcriptum eſt :immo tenetur/ ꝛ debet credere verbis dei:ꝛ omnibus que ſunt ſcripta in ſuo libꝛo/ſuus liber eſt ſacra ſcriptura /vꝫ biblya :continens duo teſtamenta ſcilicet vetus/ꝛ nouum : et affirmatur / et creditur ꝙ ille liber eſt dei:et a deo /et cognoſci poteſt facile ponderando :et conſiderando verba que ibi continentur in ſe:et oportet conſiderare modum et formam loquendi ipſius dei /qui ei cõuenit :et etiam oportet conſiderare modũ et formam loquendi creature / qui ei conuenit: deinde comparare ipſa :nã liber dei babet ſingularem modum :quia in ipſo non fiunt probationes / nec argumenta :ſed ſimpliciter abſqꝫ probatione omnia dicit / ꝛ affirmat :et dicit ita eſſe ſimplici verbo ſine probatione :et tamen illa que ibi dicuntur/ et affirmantur eſſe vera/indigerent maximis probationibus et rationib⁹ vt crederentur:et affirmarentur ab bominibus/qꝛ bomines non poſſunt credere/nec affirmare talia verba per ſe:ex eo/quoniam non ſunt per ſe nota/et manifeſta :alij autem libꝛi aliter procedunt:quia probantur omnia que ibi dicuntur per rationes /et argumentationes :et incipiunt ab bis que per ſe ſunt manifeſta ad ſenſum:liber autem biblye a principio incipit.in principio creauit deus celũ et terram .etiam affirmat deum eſſe/affirmat deum creaſſe celum et terram:affirmat mundum babuiſſe principium:et nibil probat ; nec bec ſunt nota per experientiam:immo contra experientiam.vnde licet aliqui libꝛi dicant deum eſſe/tamen boc ꝓbant per multas argumentationes.Ariſtoteles fecit octo libꝛos phyſicoꝛum ad probãdum deum eſſe :et .xij.in metaphyſica ad idem:ſed liber biblye ibi facit ſuum principium ſine probatione :quid ſignificat iſte modus dicendi biblye/niſi ꝙ ille qui loquitur in biblya/et dicit illa verba eſt tante autoꝛitatis/ ꝙ ei debet credi ſimplici verbo abſqꝫ aliqua probatiõe/et alia certificatiõe abſqꝫ aliquo teſtimonio:et quod ſola ſua autoꝛitas eſt tota certitudo:et qꝛ(ad noſtrũ ꝓpoſitum)deus actuauit ſpecies generum in primis individuis ; nam virit terre produceret berbas virentes/et animalia:ꝛ aque/natantia:ꝛ aeri/volatilia:

tamen nō dixit/vt produceret hominem:ex eo/quia non erat in eorum posse:sed dixit(vt habetur Gen.primo)faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram:et sic deus fuit medium ⁊ auctor summus in homine: qui creauit animam: et ipsam coniunxit:et coniungit quotidie cū corpore:dedit tamen modum primis parentibus:⁊ suis successoribus disponendi illam materiaz: sed cō iungere non possunt eam cum anima:nec ipsam animam generare:cū sit a creante/qui ipsam creat:⁊ creādo infundit:⁊ quia est eius effectus imediatus/est perpetue durationis:sed admiratur cum anima sit de nihilo creata:quo modo pōt deus eam de nihilo creare:cum nihil non sit aliquid:tamen quia recordatur ꝙ potestas diuina est infinita: ⁊ nihil est quod repugnet sue potestati/aliter esset sua potestas limitata:quod est impossibile:et sic per viam hominis artista peruenit in veram theologiam. vlterius videt/ꝙ in homine non solum sunt virtutes morales/vel earum oppositа:sed etiam virtutes supernaturales: vt patet p hos actus/videlicet ieiunare/subuenire / sacrificare/adorare/⁊c. sed hoc scire nō posset/nisi cognosceret naturam hominis que ex duabus constat(vt predictum est)corporali/⁊ spirituali/per corporalem nullam inclinationem habet ad virtutes/sed ad sensibilia. spiritualis vero ordinatur ad virtutes: et sic rationabile est ꝙ homo habeat sciētias liberales per scribere/legere/docere/⁊c.⁊ sciētias mathematicas/cū quibus homo sciat deuz recolere/ intelligere/⁊ amare/⁊agere penitentiam de cōmissis/⁊ deum orare: quia dignum ⁊ iustum est: ⁊ sic per ea que dicta sunt de actibus ⁊ passionibus hominis natura eius est cognoscenda:naz intellectus in homine intelligit quinq; naturas/ ex quibus in communi est natura vna constituta cōmunicate tamen intensiua:et non extensiua/quoniam elemētatiua in plus se habet/q̄ vegetatiua:⁊ vegetatiua/q̄ sensitiua/⁊sensitiua/q̄ imaginatiua:⁊ imaginatiua/q̄ rationalis. et hec consideratio est logicalis: sed quia logicus et methaphysicus circa idem genus versantur/sunt predicte nature methaphysice in quolibet creato considerande cum differentia/ cōcordantia/ maioritate/⁊ minoritate:⁊ quia homo continet omnes in se: ergo omnis earuz scientia in homine relucet:et per regulam applicationis ad hominem applicanda sunt omnia creata:⁊ per viam sensus peruenit in notitiā quicquid est cuiuslibet habentis quod quid est:nā vnumquodq; ens creatum sua habet propria ⁊ specialia accidentia/sicut elementatiua:nam caliditas/frigiditas/humiditas/⁊ siccitas/ponderositas/lenitas/⁊huiusmodi eius sunt accidentia/secundū ꝙ ipa constituta ex quattuor elementis simplicibus est:et sic omnia eorum accidentia possidet. accidentia vegetatiue sunt amaritudo/dulcedo/attractio/ retentio/digestio/expulsio/⁊c. accidentia sensitiue sunt omnes operationes fluentes ab ipa secundum ser sensus:vt visio/auditio ⁊c. accidentia imaginatiue sunt secūdum tres potentias/quas habet in se:nam per estimatiuaz discernit:et per appetitiuam appetit obiecta sensibilia/vel odit:⁊ per retentiuaz retinet quodammodo ipsa:ideo tales actus sunt ei accidētia:⁊ plura alia que deriuata fuerunt a p̄mo corpore immediate/⁊ mediate a substātia vniuersalissima / ⁊ specificata in ipsa imaginatiua/q̄ methaphysicus ꝓsiderat qōlibet in suo genere p̄dicamētali:⁊ sic pe alijs dicēdū est:nā aia rōnalis sua etiā hz accidētia p suas potētias specificas

ac etiam per propriã formã ⁊ materiã: nam per materiam vt puta per ſubſtãtiã habet minuta accidentia/que ſubiectata ſunt in ipſa ſubſtantia vniuerſaliſſima/⁊ derinata a bonitate naturali/magnitudine ⁊c. et ſunt ſicut bonitas/que accidens eſt magnitudini/et durationi/ ⁊c. eo quia de ſeipſis non ſunt bone: ſed p bonitatẽ ſbalẽ/q̃ dat eis ſuaz ſilitudinẽ: hoc idẽ ẽ ō magnitudĩe/q̃ accidẽs ẽ bonitatis/duratiõis ⁊c. ⁊ ſic de alijs ſuo mõ: iſta vo accidẽtia ſunt in ſubſtãtia intra ⁊ in ipa pmanentia: eo qz bonitas/magnitudo ⁊c. lz vnuz adueniat alteri accidentaliter/non tñ ſubſtatie/ſed formaliter: ſunt tñ alia accidẽtia ab ipis iſtra extra pmanẽtia: qz nõ ſunt naturalia/ſed moralia: ex qbus hõ moraliꝫ habituat ſeipz: ſicut hõ qui eſt bonꝰ moraliter bonitate moali acqſita/iuſtꝰ p iuſticiã acqſitã/magnus p magnitudinẽ acqſitã/grãmaticꝰ p grãmaticã acqſitã: ⁊ ſic de alijs ꝓdicamẽtis ſuo mõ: ⁊ lz in hoie ꝓdictas quiditates/⁊ naturas contractas methaphyſicꝰ cõſpiciat: obiectiue tñ prio in artificio nature (de quo ſupiꝰ dictũ eſt) eas obiectat: has aũt rerũ formas appellat ideas intelligẽdi ille grauiſſimꝰ autor magiſter ℙlato: eaſqz gigni negat: ⁊ ait ſemp eſſe: quid ergo ad Ariſtotelẽ dicendũ eſt/qui eas cõfutat: fateor me nihil habere: quo poſſiz ipm ſaluare ſed opinor (vt fieri ſolet) hoc inuidia quadã factũ eſſe: credendo ſibi famã cõparare ℙlatoni detraxit/qõ peſſimum eſt: maxime cũ fide ⁊ rõne teneamus ipſas ideas neceſſario eſſe/quas methaphyſicus abſtractiue ⁊ cõcretiue cõſiderat: abſtractiue quidẽ/vt quatuor elemẽta ſimplicia in eorũ differẽtia/prout ꝑſcindũt a quocunqz poſteriori: ⁊ ponunt ſolũ eorum eſſe/eſſentiaz/naturã/⁊ quiditatez: deinde cõſiderat ſimili mõ accidẽtia ꝓpria ⁊ ſpãlia cuiuſlibet: cõcretiue vero cõſiderantur in elementatiua ſeu elemento cõmuni/qõ idem eſt/inquantũ cõcernit ipſa ex quorum eſſentijs ⁊c. eſſentia eiuſdem elementatiue conſtat: ⁊ licet ipſa ſit materia prima in tertio gradu: ⁊ pura potẽtia reſpectu formarũ cõtractiuarũ in tali tamen eſſe a methaphyſico minime conſideratur: quoniaz tunc tranſiret ſuas metas: ſed talis conſideratio eſt phyſicalis: vt in ſuperioribꝰ patet: eſt tamẽ verum qꝫ ipſa materia quiditatiue ſeu ſubſtractiue conſideratur a methaphyſico: ac etiam eius potentia ſeorſum. vnde Ariſtoteles ſecundo phyſicorũ. materia non eſt ſua potentia: quia potentia eſt in genere relationis: materia vero in genere ſubſtantie/conſiderat etiam methaphyſicus predictas formalitates abſtractiue ⁊ cõcretie: abſtractiue vt elementatiua: nam in ſe vegetatiuam/ſenſitiuam/⁊ imaginatiuã: prout ꝑſcindũt a quocũqz poſteriori continet: cõcretiue vero duplici concernentia/interiori eſſentiali: vez ⁊ conceptionali: eſſentiali conſiderando illa que ſunt de eſſentia ⁊ intellectu cuiuſlibet earum: conceptionali vero inquantum conſiderat conceptus intrinſecos/⁊ quidicos/ videlicet quiditatem/naturam/eſſentiam/eſſe/⁊ ſingularitatem cuiuſlibet: ac etiam ſeorſum modos intrinſecos/⁊ extrinſecos/accidẽtia ꝓpria ⁊ cõia in ꝓprijs coordinatiõibus. conſiderat etiam vnunquodqz eas includens cum proprijs deſignationibus: vt elementatũ/animatum/ſenſatum/⁊ imaginatum non modo in eſſe ſpecifico/ſed etiam determinato: et predicte idee añ creationẽ mundi/prout ly ante dicit antecedentiam nature/⁊ non temporis erãt dignitates dei ab ipſo eternaliter obiectate: nam ante predictam creationem vidit deus creabilia qualia ⁊ quanta de

bebant esse:in esse tamen ideali idest in mente sua:que quidem idee representantur in predictis generibus ⁊ speciebus/que intellectus in imaginatione multiplicat obiectando illa ad extra:⁊ licet predicte idee in deo solum formaliter distinguantur:prout deductum est in secūda figura:tamen identificantur realiter: et solum sunt vna idea:que est deus:⁊ inquantum est deus est de seipsa:et inquantum est creatura/videlicet mundus est similitudo dei/et de pluribus ideis idest vniuersalibus realibus constituta/sub qua subiective cōtinentur omnia p̄dicta elementata/in qua relucent tanq̄ in speculo ratione cōnexionis et illationis eius :ac etiam finis et perfectionis:ideo deus in sua idea omnes predictas ideas et cōtēta sub eis intelligit/et cōprehendit.vnde Aristoteles.xij.metaphysices.deus nihil extra se intelligit :et quia deus est eternus: idee ad extra sunt eiterne/et sempiterne:et quia intellectus metaphysici non quiescit in bis ideis:sed in bis ad que ordinantur/et in quibus vltimis actibus actuate sunt/aliter quiesceret in medio/et non in fine:nam vniuersalia seu predicte idee media sunt ad cognoscendum vnumquodq̄ particulare in se/et absolute:et quamuis in homine finem attingant/de quo superius dictum est:tamen adhuc cupit finem intrinsecum cuiuslibet in se attingere:et sic discurrendo per alia subiecta obiectat vnūquodq̄ in se iuxta suam consideratione:nam videt leonem animal perfectum in suo genere:aquilam/balenam in dictis spheris existentia et quolibet suam habere propriam formalitatem/qua distinguitur ab alio/propriasq̄ passiones/et proprietates emanantes a proprijs principijs speciei:ac etiam diuersa accidentia:quibus omnibus venit in noticiam quod quid est cuiuslibet eorum:deinde descendit ad animalia orbata/que ex putrefactione genita sunt:et imaginatiua formalitate carent:vt formica/sardina/musca ⁊c. et causat scientiam ℳetaphysicalē de quolibet.vlterius descendit ad animata precise.videlicet ad pomum:feniculum/rosam ⁊c.et inuenit in eis (vt in supradictis elementatis)commune:et proprium per propria distīguit:et per communia concordat/considerat enim eorum proprietates/virtutes/et perfectionem p̄in maiorit atem finis esse/et perfectionis:deinde descendit ad mineralia/vc̄ ad aurum/argentum/lapides pretiosos/et campestres:considerat etiam in se et absolute tonitruum/chorusc ationes/ventum/pluuiam/niuem ⁊c.demum descendit ad instrumenta moralia/considerando virtutes/quamlibet in sua differentia:et sic discurrit omnia/secundum q̄ sibi competit:nō transeundo metas suas:tamen diuersis varijsq̄ modis ipsa entia reducit ad ens vniuersalissimū/quod est subiectum adequatum in metaphysica/videlc̄ intense/extense:substantialiter/accidentaliter:seu minus substantialiter:et sic videt quomodo ens tanq̄ mensura et mensura continet omnia/que in esse cognito producere potest:sed cum considerat dicta antiquorum :ita intellectus eius eorum imaginationib⁹ phātasticis inuolutus est:vt ex eis se nō possit euoluere:nec ab ipsis ea que ipse solus et purus contemplari debet/;valeat discernere :habet enim Aristoteles primo ℳetaphysices/q̄ sapientia idest metaphysica est scientia primarū et altissimarum causarum:et q̄ oportet sapientē idest metaphysicum scire omnia

in vniuerſali :et ſcire difficillima:et habere ſcientiam certiorem : et ſcire reddere cauſas ipſorum que ſcit :et habere ſcientiam/que ſubordinet alias ſciētias ſub ſeruientes :et habere ſcientiam /que ſuiipſius ſit cauſa / et nō alterius :ꝛ in .vj. metaphyſices ponit ens eſſe ſubiectum in metaphyſica/inquātum ens: et ī quarto/ꝙ nihil eſt quod poſſit effugere rationem entis :habet etiam ꝙ ſubſtantie ſeparate maxime conſiderātur in metaphyſica:immo ipſa principaliter tractat de ipſis .Ex alio latere habet in ſecundo ℳetaphyſices ꝙ ſicut ſe habet oculus nicticoracis ad lumen diei :vel veſpertilionis ad lumē ſolis :ita intellectus noſter ad ea que ſunt manifeſtiſſima in omni natura :ſicut ſunt ſubſtantie ſeparate:et in de ſenſu et ſenſato /ꝙ nihil eſt i intellectu/ quin prius fuerit ſub ſenſu: ſed ſubſtantie ſeparate non cadunt ſub ſenſu:ergo non ſunt a nobis intelligibiles :ergo fruſtra eas ponit eſſe tractabiles a metaphyſico/maxime cum in quarto Ethicorum probet felicitatem hominis conſiſtere in ſpeculatione veritatis :et habet ibidem : quod ſapiens vtiq; eſt feliciſſimus : et quod ſapientia eſt circa altiſſimas cauſas :et tamen certum eſt: quod felicitas que ponitur ab Ariſtotele haberi poteſt in hac vita : vt patet ex duodecimo Ethicorum / vbi inquit/quare erit vtiq; felicitas ſpeculatio quedam : opus autem erit in exteriori proſperitate : et oportet corpus ſanum eſſe / et reliquum famulatum exiſtere ꝛc.et cum ad felicitatem peruenire non ſit impoſſibile ipſi homini : quoniā ponitur proprius finis:et fruſtra poneretur:immo vt in ſecundo ℳetaphyſices nullus conabitur ad terminum non futurus venire:et cum ipſe phūs dicat in primo ℳetaphyſices . ꝙ omnes homines natura ſcire deſiderant :ſed maxime(vt in eodē)ſciētia eſt circa maxime ſcibilia :cuiuſmodi ſunt pme cauſe: que ſunt ſubſtantie ſeparate:ergo ſcientia primarum cauſarum maxime naturaliter deſideratur ab homine:ſed deſiderium naturale nō eſt ad impoſſibile: ex primo metaphyſices :quia alias eſſet fruſtra :ergo impoſſibile eſt ſcientiam habere(ꝙ iſto ſtatu)de ſubſtantiſs ſeparatis :et per conſequens fruſtra eas a ℳetaphyſico conſiderari ponitur:et ſic homo in via ariſtotelica ſeu peripathetico:um eſt vt viator in deſerto:neſciens quorſum tendat :artiſta tamen huius artis viam amplam et ſpacioſam inuenit :prout ex ipſa arte videri poteſt/ conſiderando naturam hominis/proprietates /et finem eius:nam creatus eſt/vt diſcernat inter bonum /ꝛ malum:et eligat bonum :fugiatq; malum :aliter rationalis nō eſſet:et quanto bonum et verum maius eſt:tanto magis intelligibile et diligibile eſt :et cum deus (vt vult theologus) creauerit hominem ad ſe:et propter ſe/ vt ab eo intelligeretur /et amaretur : dedit ergo ei poteſtatem ad talem finem: aliter fruſtra ipſum creaſſet ad illum :et ſic videtur ꝙ homo habeat a natura neceſſaria ad intelligendum hunc finem :ſicut probari poteſt a ſimili de ſtellis:de quibus dicitur ſecundo celi et mundi/ꝙ ſi ſtelle per ſe mouseri poſſent/natura dediſſet eis inſtrumenta et organa ad motum.Item videtur ad mentem Ariſtotelis/ꝙ ℳetaphyſica ſit ſcientia practica ꝛ non ſpeculatiua :ex eo/ꝙ ordinatur ad bonum morīs:ideo enim eſt/ vt boni fiamus . Item ordinare eſt actus ſcientie practice:ſed ℳetaphyſica ordinat omnes alias:vt habetur primo ℳe

neret eadem essentia cum filio primo/ & cum filio secundo: nam filius generans esset idem numero pater/ et filius existens generabilis: de essentia autem generabilitatis non generaret generabilem: cum sit proprium et impossibile etiam ꝙ filius ratione filiationis possit generare filium/ relinquitur ergo /ꝙ si filius generaret filium/ ꝙ de alia essentia generaret eum/ quam non habuit: nec habet a patre suo: et sic essentia diuina esset diuisa: et per consequens plures diſ: atq; forma/ et finis paternitatis/ et filiationis essent in diuinis confuse: et per consequens medium coniunctionis/quod est spiritus sanctus ratione fruitionis. hec si quidem inconuenientia omnia/ & multa alia sequerentur: si filius generaret filium: aut etiam si spiritus sanctus spiraret alium spiritum sanctū: vel generaret filiū: ergo sunt tria suppositа in diuinis/ et non plura: minus etiam esse non possunt: quia ipse qui est pater ad nullum finē spiraret spiritū sanctum: nisi esset filius: nec similiter ipse qui est filius: nisi esset ille qui est pater: atq; pater & filius sine spiritu sancto habente rationem tertij suppositi non haberent suū mediū fruitionis in tāto fine sicut ipsi sunt: quia finis medij coniunctionis/ et fruitionis patris et filij esset minor/ q̄ finis huius principij qō est pater: et filius vnde spiratur/ seu procedit spiritus sanctus. sed etiam esset per accidēs/ nisi in ipsis suppositis diuinis esset proprietas spiratiua ratione patris et filij: et spirabilis ratione spiritus sancti: in tantū sicut proprietas generatiua ex ratione patris/ & generabilis ratione filij: ergo pater/ & filiꝰ/ & spiritus sanctꝰ sunt tria suppositа in diuinis: nec possunt esse plura/ nec minus. ¶ Habita noticia sancte trinitatis & indiuidue vnitatis dei/ facile theologus potest oēs alios articulos fidei per se ipsum adipisci: maxime quia in corpore huius operis/ & in libro de incarnatione verbi sunt formaliter expliciti: nam intellectus discursiuus discurrit per omnes. Primo considerando conditiones essentie diuine: deinde suppositorum: & sic de alijs (vt deductū est) superius: nam in primis sunt tria suppositа in essentia diuina (vt probatū est) videlz vnus deus pater/ filius/ & spiritus sanctus creator/ glorificator filius dei/ cōceptus de spiritu sancto: natus ex Maria virgine: crucifixus & mortuus: descendit ad inferos: tertia die resurrexit: ascendit ad celos: et venturus est iudicare. Et dum intellectus descendit ad magis specialia/ inuenit manifeste ꝑm ꝙ possibile est ei/ in hac vita de hac materia theologica pertractare/ ꝙ ipsa diuina essentia conditionata est/ ꝙ vnus deus sit pater: filius/ spiritus sanctus: et conditionata est/ ꝙ totus deus sit pater: et totus deus filius/ et totus deus spiritus sanctus: & etiam ꝙ totus deus videlz pater/ filius/ & spiritus sanctus sit creator omniū creaturarū: & ꝙ ipse deus ratione filij dei sit incarnatus/ qui est ipsa dei essentia: et ꝙ humana essentia quam ipsa diuina essentia ratione dei verbi sibi vniuit/ passa fuit: nō autem diuina essentia: quia cum ipsa dei essentia sit immensa et eterna actio simplex/ impossibile est eam pati: et sic de ceteris articulis. Conditiones diuine essentie per respectum ad decem precepta legis oportet recipere ꝑm conditiones cause et effectus dominij/ et seruitutis: quia ipsa dei essentia est iusticia/ nobilitas/ & omnis perfectio: & ratione creationis et recreationis: & sui ipsius debet honorari: qō fit seruando eius precepta: et expositiones sacre scripture semper respiciunt excellentiorem gradum intelligibilita-

tis/recolibilitatis/et amabilitatis reſpectu dei:nam quicquid in ipſa ſacra ſcriptura dicit de deo ⁊ eius eſſentia: attribuendū eſt ei in maiori gradu bonitatis/magnitudinis/honoris/⁊ perfectionis qui dari poſſit:et hoc modo expoſitiōes ſacre ſcripture fiēde ſunt:nā quicquid eſt in ea/eſt per primā intentionē/et nō per ſecūdam:nā de cōditionib⁹ eſſentie diuine eſt/vt oīs eſſentia creata ſit intentione ſecūda:ipſa vo dei eſſentia intentione prima. De conditione eſſentie diuine eſt ꝙ ſit infinita gloria bonitatis ⁊c̄.⁊ iccirco neceſſariū eſt in veritate id per qō maiorem gloriā attingit bonitatis ⁊c̄.in ipſa eſſentia:⁊ per qō magis diſtat a pena/et cōtrarietate/et imperfectione/diuina eſſentia reſpectu eui conditionata eſt:quia ipſa eſt ipſamet eternitas creans ſub ratione creatoris omne euū qō eſt a parte poſt:duratio perpetua carēs fine creata ad ſimilitudinem eternitatis. Predicta oīa cōſiderat theologus: ⁊ adhuc ꝑfundius /inquātum cōſiderat modū operandi intrinſece/⁊ extrinſece:in ā.in quo eſt ſapiētia ſuprema/ratione cuius intelligit ſemetipſum totum:igitur infinitum comprehendit in infinitum ſub ratione qua eſt infinitum:qz infinitas intenſiua non competit niſi enti infinito/⁊ intantum intelligit ſe:quātum ipſum eſt:⁊ ſic intelligendo generat intellectiuus de natura ſuiipſius(quam totam intelligit)verbum tātum in eadem natura/quātum eſt ipſe intellectiuus:aliter maior eſſet in eſſendo/q̄ in operando: qō eſt impoſſibile:et ita eſt generatiuus:et in ratione generatiui eſt pater:et verbum eſt generabile:⁊ ratione generabilis eſt filius. vnde Auguſti.xv. de trinita. dei. Verbum de patris ſciētia natum eſt:et mutua vtriuſq; fruitio ratione ſpirationis ab vtroq; eſt ſpiritus ſanctus:ſicut predictum eſt:et ſic intellectiuus/ deificatiuus intelligēdo deificat intelligibilem deificabilem ſuum. hic tamen intelligendum eſt quādo dicimus deificatus(vt inquit doctor noſter Raymundus) non intendimus dicere/ꝙ de deo fiat deus:vel ꝙ de deo diminuto fiat deus perfectus:ſed intendimus dicere/ꝙ deus qui eſt ſuppoſitum perſonale agens habet ſuum actum perfectum ab eterno/ qui eſt deificare: et per conſequens eſt in deo deificatus perfectum ſuppoſitum perſonale: qui ab eterno habet deificare perfectum:hoc idem ſequitur de bonificare ⁊c̄.iccirco circa imperfectionem verborum non eſt attendendum:ſed ea que per ipſa verba intendimus ſignificare neminē quidem arbitramur de deo proprie poſſe loqui: cum imperfectiſſimus ad intelligendum: et ſermones noſtri ad proferendum ea que ſunt in diuinis ſit: dum igitur theologus itaq; contemplatur ā.vnum et trinum intrinſeca operatione ſuarum perfectionum/imprimit in intellectu ſuo quantum poteſt ea que attingit de ā. quibus in ſe impreſſis deſcendit ad operationem extrinſecam ipſius ā.attingens orbem/et cetera influxa ab ipſo ā.tanq; figura/et ſimilitudo eius:et quēadmodum artificialis figura eſt aliud eſſentialiter ab illo verbo artificis/vnde eſt influxa:ſic ā.creando naturas rerum ad ſimilitudinem ſuarum dignitatum ſtare facit talem ſimilitudinem extra realiter:ſicut et artifex ſimilitudinem et figuram huius quod eſt in intellectu et imaginatione: et iccirco omnis creatura inducta tali ſimilitudine ſm totam poſſibilitatem ſuam laudare debet:et teſtificari naturaliter id cuius eſt ipſa ſimilitudo/ et figura/et cuius gratia:et ad cuius finem ipſa eſt id quod eſt:et vt maxime homo in quem ipſum ā.ſuper ceteras ſubſtan.

tias corporaliter creatas similitudinē et imaginē suam influxit/videat in seipso similitudinem ꝛ imaginem huius qō est in .A. ꝛ ceteras creaturas in se representando laudare ꝛ attestari istud idem debet:et videndo imaginem ꝛ similitudinē non esse illud summum bonum immensum/ꝛ eternum in omnibus perfectionibus cuius est similitudo et imago moneat se totus ipse homo naturaliter ad illud:scz ad amandum ipsum .A. de tota sua essentia humana:et de omnibus actibus suis/tanꝫ imperfectum ad suum perfectū:et quāto plus mouetur ad amādum ipsum .A. tanto efficitur maior eius similitudo:ascendēdo semper/et acquirendo maiorem perfectionem per peregrinam acquisitionem. ¶ Postmodum vo considerans theologus summam perfectionem/ et nobilitatem operis extrinseci ratione ipsius/ videlz bonitatis dei/ magnitudinis ꝛc. et ꝙ .A. ratione predictarum rationum et dignitatum de omnibus creatis vnam summam similitudinem suam tanꝫ finem omnium creaturarum in esse posuit:que quidem summa similitudo et imago ipsius .A. est Christus benedictus: et hec est maior influentia/ et refluentia diuine operationis extrinsece que possit esse:ꝙ deificatiuus qui est pater suum proprium deificabilem qui est filius/ videlz ipsa infinita et eterna similitudo et imago patris existens eadē natura diuina cum patre influeret/seu mitteret ad deificandum ipsam maiorem similitudinem dei exteriorem/ que est homo:vt de similitudine interiori que est ipse deus/ et de similitudine exteriori que est homo sit vnus deus homo:aliter non continuaretur linea de gradu in gradum ab infimo vltra quod non est realis descensus vsqꝫ ad illum summum: vltra quod impossibilis est ascensus: ac ipse participans cum omnibus creaturis per eius presentiam non participaret cum eis per vnionem nature sue cum naturis omniū earum:et sic deficeret magnitudo bonitatis ꝛc. diuine operationi extrinsece:et magis esset creatura deificabilis in deo/ ꝙ deus deificatiuus in creatura/ꝛ plus importaret/vel significaret entitatis et realitatis imago et similitudo ipsius diuine operationis extrinsece/ꝙ esset ipsa res imaginata/ꝛ similata/videlz ipsa operatio: ac etiam esset figura et imago alicuius producta de aliquo summe conuenienti:quod esset nihil:ac si de verbo intellectus et imaginationis artificis esset producta artificialis figura/ ita ꝙ nunꝫ fuisset ipsum verbum:cuius ipsa artificialis figura est similitudo extra impressa/ et vnde producta est: quod est contradictio manifesta: et sic predicta impossibilia et multa alia sequerentur/ nisi creatura esset deus: vt predictum est: ergo ꝛc. isto quidem gradu impresso in intellectu: descendit ipse theologus inferius ad sequentem gradum: considerans de ista operatione dei extrinseca/que habet esse abstractiue:que quidem vnio nature create et increate est superās cursum nature inferioris:sicut operatio extrinseca anime rationalis hominis cursum nature sui corporis superat: influitur inde ex ea extra aliqua similitudo et figura ipsius predicti operis/ superans cursum nature inferioris: sicut in sacramentis et miraculis/ad que nec sensus/nec intellectus humanus secundū naturam creatam pertingere possunt: nam sicut miratur sensus (vt ita dicamus) figuram artificialem posse imprimi a verbo intellectus et imaginationis in rem artificiatam: quia non potest ad hoc attingere: sic miratur ratio/ eo quia non est

nature create ꝑm ſe poſſe attingere ad realitatem ſacramentorum/ et miraculorum: quia ꝑm naturā ſuam nō poteſt attingere huiuſmodi principiū efficiens/ ſi ue influēs/ qō eſt vnio nature create ⁊ increate in Chriſto: ratione cuius talis influentia eſt: ſicut nec ſenſus ſentire imaginationem: nec imaginatio animā imaginari: ipſa autem ſacramenta ⁊ miracula ſunt in re: et intellectus ea intelligit in ſubiecto diuino ꝑm cōditiones bonitatis/ magnitudinis/ largitatis ⁊c. ſunt ad laudem/ ⁊ cognitionem ipſius vnionis diuine nature/ et humane: ſicut artificialis figura extra impreſſa eſt ſignum ⁊ manifeſtatio huius/ vnde ipſa influxa eſt. Deſcendens intellectus ab iſto gradu in alium/ intelligit theologus naturā creatam eſſe ſubiectam ⁊ obedientem omnibus que .A. vult de ipſa operari in ea/ et ſuper eam/ et quāto plus .A. operatur de illa: tanto maiores imprimit in eam ſimilitudines: per quas ipſa natura creata eſt maioris virtutis: nam in hoc quia .A. creauit hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuam ſuper oēs creaturas corporeas/ maiorem in ea creauit obedientiam: vt per maiorem obedientiam maiores poſſet acquirere virtutes: maiorē aūt obedientiā quā homo poſſit habere ab .A. eſt/ ꝙ ipſe homo libere obediat ipſi .A. ſicut .A. libere et gratis dedit ei eſſe de non eſſe/ imprimēs in eum imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam: ⁊ ſicut libere ⁊ gratis cō deſcendit ad aſſumendū ipſam imaginem ⁊ ſimilitudinem: videlz ipſam naturā humanam: iccirco dedit .A. ipſi homini precepta et regulas/ quibus obediat ipſi .A. vt per ipſam obedientiā liberā influat .A. in eum magnas virtutes/ ⁊ magnā gloriam: quia magis ſe facit ſimilitudinem ipſi .A. ⁊ quāto magis eſt ſimilis ipſi .A. tanto magis accedit ad eſſe/ et ad vitam/ ⁊ gloriam/ que eſt ipſum .A. quāreſeruat ei in futurum poſt huius vite curſum: quēadmodum in homine corpus quāto magis obedit anime rationali/ tanto felicior eſt amborum participatio: et magis accedunt ad vitam/ et conſeruationē ſuppoſiti/ qō eſt homo. Si vō homo tranſgrediatur regulas et precepta/ ad que ipſum .A. creauit eum: priuat virtutes induens ſe vitijs/ que ſunt diſſimilitudines .A. priuātes medium et viam: videlz obedientiā creature creatori: per quā non ceſſat .A. influere ſimilitudinem ſuam: videlz ſuam gratiam ⁊ benedictionē in hominē: videtur tamē ceſſare plus ipſa gratia influētis/ ꝑm ꝙ plus priuatur mediam in creatura: nō autem ceſſat ex parte influentis: quia ex quo creauit/ nunq̄ ceſſat influere: ſed ceſſat ex parte recipientis medium deſtruētis: ſicut ſol nō ceſſat illuminare cameram/ niſi eius feneſtre claudātur: ſic nec deus in hoīem niſi eius potētie rationales deprauētur/ ⁊ claudātur: ⁊ quāto plus deprauantur/ tanto magis fit homo diſſimilis/ ⁊ quāto magis eſt diſſimilis ipſi .A. tāto magis accedit ad priuationē/ penā/ ⁊ mortē eternam/ que eum ſpecat: niſi per gratiā ipſius .A. libere reuertatur: ⁊ reintegret influentiam ipſius .A. medium qō priuauit. Summa eñ eſt iniuria eternā dei influentiam impedire: homo quidem ex parte ſui eā impedire pōt: non aūt ex parte ipſius .A. quia ſi medio perturbato non pōt influere gloriam: per idem mediū perturbatum eternam influet dānationem: ſicut ſi pomū in ore cuius guſtus perturbatus nō pōt influere dulcedinē influit per eūdem guſtum perturbatū amaritudinē/ que nō prouenit ex parte influētis: ſed ex parte recipiētis: ⁊ hec de conſideratione theologica ſufficiāt: ⁊ ſi nō/ recurrat ad primā ⁊ ſecūdam figuram.

De morali cõsideratiõe.

Moralis sciẽtia cõnexionem/conformitatẽq; cum theologica facultate habet: iccirco eã cõsecutiue post tractamus: cuius subiectum est id qõ a voluntate libere sub vtraq; ratione emanat: quo mores nostros componimus/corrigimus: aut deprauamus: vt virtutes/ꝛ vitia: ꝛ sic sub ratione bonitatis se habet ad virtutes positiue: ꝛ sub ratiõe malicie ad vitia priuatiue: ꝛ est applicabile ad nonũ subiectũ/qõ est instrumẽtalitas designatũ p ℞. quo intelliguñ oia instra naturalia/artificialia/ et moralia. De duob⁹ primis iã determinatũ est in superioꝛib⁹: nũc restat hic de tertio: videlz de morali determiare: diuidit eñ philosophia moralis i ethicã/politicã/ꝛ economicã: ꝛ canones/ac leges ab ea emanãtes: nã ipsa ostẽdit qũo agendũ est circa agibilia: ethica cõsiderat siue tractat de quatuoꝛ virtutib⁹ cardinalibus: politica de regimine ciuitatũ: economica vo de regimine dom⁹: virtutes sunt in duplici differẽtia: quedã sunt acquisite/vt iusticia/prudẽtia/fortitudo/ ꝛ tẽperantia: ꝛ quedã infuse: vt fides/spes/ꝛ charitas/patiẽtia aũt et pietas sunt indifferẽtes: quoniã partim sunt acquisite/ꝛ partim infuse: vt suo loco dicetur: ꝛ he virtutes sunt termini expliciti in arte: ꝛ maxime in arte magna: sunt etiã nouẽ peccata capitalia: ꝛ mortalia septẽ: que cõis opinio ponit: ꝛ mẽdaciũ/ꝛ incõstantia: ꝛ de oibus predictis per ordinẽ vidẽdum est: tñ primo anteq; ad specialia descẽdamus: aliqua generalia circa predictã materiã vidẽda sunt: ꝛ in primis de origine virtutũ moraliũ/quo ad eaꝝ esse materiale/a quo obiectiue regulãtur. secũdo quo ad esse formale. tertio quo ad earũ principiũ effectiuũ. quarto quo ad principiũ finale: gratia cui⁹ in esse ponunt: est eñ materiale principiũ naturalis virtus/que origo est vnionis bonitatis naturalis/magnitudinis ꝛc. a qua vnione oẽs virtutes naturales habẽt esse: vt iusticia inquãtũ principia naturalia ꝛ substantialia iuste se habẽt in cõstitutione substãtie vniuersalissime/ac cuiuslibet specifice/seu determinate: nam dictum est in tertia figura/q; bonitas bonificat magnitudinẽ: et magnificatur a magnitudine/seruãdo iusticiã in actib⁹ earũ: et sic totũ perpetue est durationis: nã in dando ꝛ recipiẽdo totũ cõseruatur: sic ꝛ respublica conseruari debet/sumẽdo normã a suis principijs naturalibus obiectiue: est etiam prudẽtia in principijs naturalibus: que (vt ab Aristote. vj. Ethicoꝝ) recta ratio est rerum agibiliũ: ꝛ sic prudẽter ꝛ sapide agunt principia naturalia/dirigẽdo suos actus ad finem/ qui est substantia: est etiã fortitudo in eis/inquãtum vnum fortiter resistit alteri/in cõseruando totũ/ꝛ tẽperantia suum habet locum in eis: inquãtum tẽperate vnũquodq; se habet in agendo/ꝛ recipiẽdo: nã quãta est dispositio materie: tãta est aptitudo forme: nec vnum excedit metas alterius: figurantur etiam quodãmodo in ipsis principijs naturalib⁹ virtutes theologales: vt patet de fide cuiuslibet/quã habet in attinctione toti⁹ in quo credit quiescere: ꝛ de spe quã habet cõicando suũ esse alteri propter finẽ: circa quẽ spes eius versatur/itidem est de charitate: nã charitatiue vnũquodq; principium monetur ad cõicandum alteri suũ esse: vt in toto cõseruetur: ꝛ sic natura facit id qõ melio⁹ est: ꝛ nihil inordinatũ in natura: sed ipsa sagax tribuit vnicuiq; qõ sibi debeꝝ: ꝛ sicut in puris naturalibus recta ordinatio agẽtiũ naturaliũ est virt⁹ naturalis: sic ꝛ inordinatio ad si-

nem est pctm̃.vñ Aristo.ij.Physicor.mõstra sunt pcta nature: ⁊ sic esse ⁊ perfectio est virt⁹/priuatio/⁊ defect⁹/peccatũ:act⁹ siue operationes dignitatũ significãt perfectionẽ essendi/siue esse pfectionis/in hoc ꝙ bonitas bonificando/⁊ magnitudo magnificãdo ⁊c̃.perficiũt esse:qm̃ nisi pficerent/esset ibi defect⁹/⁊ pctm̃. inter esse ⁊ priuationẽ est differẽtia p triãgulũ viridẽ in cõtrarietate: ⁊ qm̃ esse et perfectio sunt cõcordes:⁊ priuatio ⁊ defect⁹:hz em̃ esse ꝓprietatẽ essentiãdi:⁊ pfectio perficiẽdi rõne supradicte opationis bonitatis/magnitudinis ⁊c̃.cõtra priuationẽ ⁊ defectũ:sed priuatio ⁊ defect⁹ cũ ex parte sui nihil sint: nullã iõ ex parte sui habẽt ꝓprietatem operãdi contra esse ⁊ perfectionẽ:sed in hoc/qz esse cessat essentiare/⁊ pfectio perficere:fiũt iccirco p accidens priuare ⁊ imperficere ex cessatione essendi ⁊ perficiẽdi:q̃ sunt priuatio/⁊ defect⁹. ℙrincipia essendi in creatis sunt materia ⁊ forma/⁊ istaꝝ principia sunt bonitas/⁊ magnitudo ⁊c̃. videlz similitudines dei:⁊ quãta ⁊ qualis est bonitas/magnitudo ⁊c̃.tãta ⁊ talis est forma ⁊ materia:⁊ quãta ⁊ qualis est forma ⁊ materia:tãtum ⁊ tale est esse ex eis cõpositũ.mediũ aũt inter prima principia ipsi⁹ esse ⁊ ipsum esse sunt materia/⁊ forma essentiãtes bonitatẽ/magnitudinẽ ⁊c̃.in hoc essentiatũ qõ est esse p oẽs extremitates ipsius esse/quarũ scilicet materie ⁊ forme ipsum esse est finis. ℙrincipia ỽo perfectionis essentiãdi sunt bonitas/magnitudo ⁊c̃.perficiẽtes materiam ⁊ formã cõstituẽtes esse rõne existẽtie perfecte ⁊ rõne operãdi perfecte:mediũ aũt est perficere:finis aũt est perfectũ esse:⁊ sic esse et perfectio habẽt cõditiones ratione principij/medij/⁊ finis:sed priuatio ⁊ defect⁹ sunt accidẽtaliter cõditiones:quas habẽt esse ⁊ perfectio p oppositũ illoꝝ quas habẽt ratione principij/medij/ et finis/quare sunt:p quas scz cõditiones primitiuas ⁊ defectiuas esse q̃ essentiare/⁊ perfectio/perficere/⁊ cessando esse definit a seipsis:⁊ pfectio a seipsa:⁊ ecce priuatio essendi/et imperfectio esse pri⁹ perfecti esse/⁊ perfectio rõne existẽdi et agendi substãtialiter habẽt conditiones maiorificatiuas/⁊ maiorificabiles/⁊ coequatiuas/⁊ coequabiles. ℙriuatio ỽo ⁊ imperfectio importãt cõditiones bis oppositas:qz inclinationẽ habẽt ad nihilũ:nihil em̃ est reducere maiorẽtatẽ/⁊ equalitatem essendi/⁊ pfectionis/ad minorẽtatẽ ⁊ inequalitatẽ essentiandi/⁊ perficiẽdi:⁊ sic esse ⁊ perfectio magis resistunt priuationi ⁊ imperfectioni/ q̃ econtrario rõne vnitatis essentie/⁊ dignitatũ/⁊ perfectionis/ac etiã essentiãdi ⁊ perficiẽdi:cũ impossibile sit ꝙ esse essentiãdo reducatur ad priuationẽ: et perfectio perficiẽdo ad imperfectionẽ.Si aũt esse sit otyosum/ ⁊ perfectio otyosa:sic quodlibet istoꝝ reducẽ in suũ oppositũ:cũ cessatio opationis sit priuatio essendi/⁊ imperfectio entis:⁊ sic priuatio ⁊ imperfectio magis resistũt suis oppositis:qñ efficiẽs agit contra finẽ:⁊ forma ⁊ materia rõne priuati medij diffiũguntur.quare ex his patet ꝙ esse ⁊ pfectio pl⁹ resistũt suis oppositis:q̃ ecõtrario:alioqn priuatio boni maior esset ĩ malicia/q̃ esse boni in bonitate/qõ est impossibile:cũ priuatio ⁊ impfectio ex pte sui sint nõ ens. ¶Sunt nõnulle regule in hac materia premittẽde. ℙrima est:videlz ꝙ magnũ/bonũ ⁊c̃.est magis appetibile/q̃ min⁹:⁊ p cõsequẽs minus malũ est magis tolerabile/q̃ maius malũ:conditiones igit maioritatis sunt ratione magnitudinis in bonitate:⁊ rõne paruitatis in malicia:⁊ ecõtrario cõditiones minoritatis sunt rõne magnitudinis in malicia:⁊ ecõtrario rõne paruĩ

De regulis i sciẽtia morali/⁊ primo de prima.

atis in bonitate: quare cõcludẽdũ est semp affirmatiue cũ maiozitate magnitudinis i bonitate: negatiue vo cũ maiozitate magnitudinis i malicia/vel cũ minozitate magnitudinis i bonitate ꝛc. ¶ Scõa regula/maioz est maiozitas in differẽtia cõcozdãtie/q̃ in differẽtia cõtrarietatis: ꝛ rõ huius est: qz cõcozdãtia cõcozdat cũ esse: in quo cõcozdat maiozitas: cõtrarietas vo cũ priuatione/cũ qua cõcozdat minozitas: nã maiozitas ꝓprietatẽ bz maiorificãdi differẽtiã plus in concozdãtia/q̃ in cõtrarietate/reducẽdo res plures distinctas in vnũ cõiũctum: videlz suppositũ ipsis rebꝰ existẽtibꝰ distinctis: in cõtrarietate aũt nõ põt esse tãta maiorificatio dẽ/quãta est in cõcozdãtia: qz priuat ens ab ente/priuãs esse suppositi. De secũda regula.

¶ Tertia regula/qñ subiectũ maiozitatis est contra magnitudinẽ ad. ꝛ ꝑ finẽ/ꝛ ipsum subiectũ est ꝓ qõ bz maiozitatẽ: tũc illa maiozitas maioz est i dẽa ꝟietatis q̃ cõcozdãtie: ꝛ rõ buiꝰ est: qz subiectũ deuiat a fine suo: ꝛ iccirco quãto puertit in oppositũ sui finis: tãto maiozẽ ꝯditionẽ bz ꝟiãdi suo fini: ꝛ quãto plꝰ ꝟiabit: tãto maiozẽ habebit miozitatẽ: qz ꝑdicta maiozitas potiꝰ miozitas/q̃ maiozitas dz dici: qz diminuit de esse ꝛ pfectiõe subiecti. De tertia regula.

¶ Quarta regla/maiozitas maioz est i fine/q̃ i pncipio/ꝛ medio: maiozitas igit pncipij/ꝛ medij bz cõditionẽ/q̃ reducat ad maiozitatẽ finis: quẽadmodũ ignis in quarto gradu caliditatis rõne sue maiozitatis alios gradꝰ alioꝝ elemẽtoꝝ ad se reducit: ac etiã alio mõ maiorificat pncipiũ: ꝛ alio mõ mediũ: ꝛ alio mõ finẽ: eo qz maiozitas a subiecto recipit illõ esse suũ/qõ sibi cõpetit: ꝛ rõne pncipij/ꝛ rõne medij/ꝛ rõne finis illiꝰ subiecti. De quarta regula.

¶ Finem beatitudinis nre ꝑ virtutes morales adipiscimur: ꝛ ab eodẽ ꝑ vitia eisdẽ opposita deuiamur (Jd docto re nro in arte inuẽtiua demõsträte) ad pẽsens igit de ipsis vtutibꝰ ꝛ vitijs cognitionẽ volumꝰ: put poterimꝰ referare: vt cognitis illis/ cognoscamꝰ excellẽtiꝰ/ꝛ maiozi argumẽtoꝝ mltiplicitate ꝯcludere de eisdẽ: iccirco ad diffinitiões in tertia ꝑte artis: ꝛ ꝓmo ad diffinitionẽ artis accedimꝰ: isto mõ Virtꝰ est id ꝑ qõ vtuosus agit bonũ. vñ Boetiꝰ. virtꝰ est habitꝰ optimꝰ mẽtis: ꝛ vitiũ est habitꝰ depranatꝰ: ꝛ sic impossibile est/q̃ bonitas que est vnita cũ virtute esset id rõne cuiꝰ bonũ agit bonũ: nisi virtꝰ esset id rõne cuius virtuosus agit bonũ: qõ est ꝟ diffinitionẽ bonitatis: qz sic vitiũ nõ esset id rõne cuiꝰ vitiosus agit malũ: qõ nõ esse esset impossibile: ergo virtꝰ est ens rõne cuius bonũ sub rõne virtuosi agit bonũ: ꝛ per oppositũ vitiũ est priuatio rõne cuius malũ sub rõne vitij agit malũ: ꝛ sic bonũ est esse virtuosum: ꝛ malũ est nõ esse virtuosum. ¶ Secũdo/ si magnitudo est id rõne cuius bonitas/duratio ꝛc. sunt magne (vt vult eiꝰ diffinitio) ergo virtꝰ est id rõne cuius bonitas/magnitudo ꝛc. sunt magne sub rõne virtuosi: alr esset impossibile/q̃ magnitudo ambiret oẽs extremitates essendi: esset ꝙ rõne vtutis finis efficiẽtis forme ꝛ materie vtutis extra magnitudinẽ: qõ est impossibile: cũ in oñi ente finis sit id qõ rõne magnitudinis existit. per oppositũ ergo vitiũ est hoc rõne cuiꝰ bonitas/duratio ꝛc. sunt parue sub rõne vitiosi: cũ priuatio ipsiꝰ virtutis sit id qõ est rõne parnitatis. ¶ Tertio/existere vtutis est ipsum perseuerare/rõne cuiꝰ bonitas/magnitudo ꝛc. durãt magne/bene ꝛc. in agẽdo bonũ/magnũ ꝛc. nã ꝓter virtutẽ nõ posset esse duratio ꝓprietas: ratione cuius oĩs bonitas/magnitudo/potestas ꝛc. durãt: qõ est impossibile: ꝛ cõ De inuestigatione scientie moralis per principia artis.

tra diffinitionem durationis: per oppositū ergo vitiū est ipsum desinere: ratione cui⁹ bonitas/magnitudo ⁊c̄. desinūt esse bone/magne ⁊c̄. in agēdo malū/parum ⁊c̄. qđ si quidē desinere est priuare bonitatē ⁊c̄. a fortitudine suarū bonarū operationū: ⁊ obseruare eas ad agendū malū. ¶ Quarto/virtus est illa eadē natura/qua potestas est id per qđ bonitas/magnitudo ⁊c̄. possunt existere/⁊ agere bonū/magnū ⁊c̄. ⁊ sic diuidit virtus in substātialē ⁊ accidētalē: substantialis ẽ virt⁹ est ipsa intima natura/quare substantia existit: virt⁹ vo accidētalis est ipsa virt⁹ cōtra quā distinguit vitiū/sine qua in hoīe impossibile est ꝙ bonitas/magnitudo ⁊c̄. accidētales possint agere bonū: qr deficiēte medio non pōt principiū peruenire ad finē suū: sic deficiēte vtute nō habent bonitas/magnitudo ⁊c̄. p qđ possint de ptāte sua agere bonū/magnū ⁊c̄. deficiēte ergo vtute deficit ptās bonitatis ⁊c̄. agēdi bonū ⁊c̄. qui siquidē defect⁹ est illa potestas/que dicit agendi malum/parū ⁊c̄. cuius posse est ita agere ipsi⁹ potestatis ad bonū ⁊c̄. sicut ignorare est actus intellectus. ¶ Quinto/sine virtute nō est ipsa sapiētia ꝑfectas rōne cui⁹ sapiēs intelligit: sicut nec sine sapiētia nō est virt⁹ ꝑfectas in vtuoso: rōne cui⁹ vtuosum agit bonū ⁊c̄. ergo sine virtute sapiēs nō intelligit/inquātū deficit illi modus intelligēdi: sicut nec sine sapiētia virtuosus agit: nec vtuosus sine sapiētia agere vtuosum pōt: ⁊ sicut virt⁹ positione sui facit adesse sapiētiā/⁊ econtrario: ita vitiū priuatione vtutis facit abesse sapiētiā. ¶ Sexto/impossibile est: ꝙ volūtas sit ꝑfectas rōne cuius bonitas/magnitudo ⁊c̄. in bono/magno ⁊c̄. sint volibiles: nisi virt⁹ sit ipsa ꝑfectas/rōne cuius bonitas/magnitudo ⁊c̄. sint vtuizabiles ī eodē bono/magno ⁊c̄. qm̄ ipa virt⁹ ẽ id p qđ volūtas hz naturā volēdi bonū/magnū ⁊c̄. ī bonitate/magnitudie ⁊c̄. sicut etiā ipa volūtas est id p qđ virt⁹ hz facere bonū/magnū ⁊c̄. ī bonitate/magnitudie ⁊c̄. p oppositū ergo vitiū est priuatio illi⁹ ꝑfectatis: q̄ est virt⁹: p quā ꝑuationē bonitas/ magnitudo sūt vitiabiles i malo/puo ⁊c̄. rōne etiā cui⁹ priuationis volūtas bona/magna ⁊c̄. hz accidētalē naturā odiēdi malū/parū ⁊c̄. ī bonitate/magnitudie ⁊c̄. ¶ Septio ipsa ꝑfia virtutis diffinitio manifestat que sit ipsa virt⁹: de qua hic intēdit/in hoc ꝙ virt⁹ est origo vnionis/bonitatis/magnitudinis ⁊c̄. in vno bono/magno habitu vtuoso: q̄ scz virt⁹ ab illa vtute substātiali q̄ est origo vnionis substātialis bonitatis/magnitudinis in vno substātiali bono/magno: qđ est bō orit/⁊ influit attingēte ⁊ vniēte hūano intellectu p vtutē sui ⁊ suox cōiūctox actuū cū virtute magnitudinis ⁊c̄. vt ipse bō sit agēs vtualiter de virtute ipsarū naturax: de quib⁹ ipse cōstat. p oppositū igit: vitiū est origo disiūctiōis/magnitudis a bonitate ⁊c̄. in malo puo hītu vitioso: qđ scz vitiū orit ex cessatiōe vtutis substātialis cessantis vnire habitualr bonū cū bono ⁊c̄. ¶ Octauo/sicut substantialis vitas est id qđ est verū de substātiali bonitate/magnitudie ⁊c̄. ita virt⁹ moralis est id qđ est vtuosum de morali bonitate/magnitudie ⁊c̄. ⁊ sicut vificare substātiale est id qđ est verū de bonificare/magnificare ⁊c̄. substātiali: ita virtuificare morale est id qđ ẽ vtuosuz de bonificare ⁊c̄. morali. p oppositū igr cū vitiū nō sit aliud/nisi ipsi⁹ vtutis moralis destructio/seu ꝑuatio: vitiū ẽ id qđ ẽ ꝑuatiuū moralis bonitatz/magnitudis ⁊c̄. ⁊ vitiare ẽ id qđ est ꝑuatiuū moralis bonificādi/magnificādi ⁊c̄. ⁊ sic manifeste pz/ꝙ vt⁹ moral/⁊ bonitas moral ⁊c̄. sūt exp̄sse filitudies sbalis

bonitatis

bonitatis/magnitudinis ⁊c.¶Mono ſicut bonitas/magnitudo ⁊c.acquieſcũt glorie/agẽdo bonum/magnum ⁊c.ſic virtus moralis bonitati/magnitudini ⁊c. ſubſtãtialibus agẽtibus bonũ/magnũ/⁊c.acquieſcit: ⁊ ſicut ipſa virtus moralis acquieſcit bonitati/ magnitudini ⁊c.agẽtibus bonũ/magnum ⁊c.ita ipſa boni tas/magnitudo ⁊c.ſubſtãtiales acquieſcẽtes ſuo agere bono/magno/⁊c.acquie ſcũt ꝟtuti:qz agere moraliter bonũ/magnũ ⁊c.cõuertitur cũ virtute:⁊ quẽadmo dum ſubſtãtialis bonitas acquieſcit ſubſtãtiali magnitudini ⁊ ecõtrario:⁊ ſic de alijs:vt acquieſcãt bono/magno/⁊c.tãq̃ fini ſubſtãtiali/⁊ ecõtrario:ita bonitas moralis acquieſcit morali magnitudini/⁊ ecõtrario:⁊ ſic de alijs:vt acquieſcant virtuti finali:ſcz ipſi virtuti morali/que de illis tãq̃ de ſuis ꝓprijs principijs con ſtituta eſt.¶Cũ aũt ita eſt/q̃ bonitas/magnitudo ⁊c.ſubſtãtiales nõ habeãt age re bonũ/magnũ ⁊c.tũc peruertit moralis bonitas in maliciã moralẽ:⁊ moralis magnitudo in moralẽ paruitatẽ:⁊ moralis veritas in moralẽ falſitatẽ: de quib⁹ conſtituitur vitiũ:qz bonitas/magnitudo ⁊c. ſubſtãtiales acquieſcũt ſuo agere malo/ paruo ⁊c.¶Inueſtigaꝫ etiã ſcientia moralis ꝑ principia reſpectiua.¶Decimo ⁊c.ſicut bonitas/magnitudo ⁊c. rõne differẽtie ſunt incõfuſe: ita actus earũ agẽdo bonũ/magnũ ⁊c.ſunt incõfuſi: ⁊ ſic ipſa virt⁹ moralis exiſtẽs vna eadẽ in ſeipſa ſine cõfuſione diſtincta eſt in hoc/q̃ bonitas agit bonũ alio mõ ratione fi dei:alio mõ rõne ſpei:⁊ alio mõ ratione charitatis:⁊ ſic de alijs. Eodẽ modo eſt de magnitudine agẽte magnũ:⁊ ſic de alijs. Vitiũ autẽ eſt predictoꝝ actuũ cõfu ſiuum:ducẽs eiũ eſſe ad priuationẽ cõfundit eos:vt nec intellectui/nec memorie/ appareãt:nec volũtas eos diligere poſſit.¶Undecimo ſubſtantialis bonitas ⁊ ſubſtãtialis magnitudo ⁊c.habẽt cõcordãtiã ad influẽdũ de ſe ſimilitudinẽ ſuã: ⁊ qñ ita eſt/q̃ ipſi cõcordãt in vno ⁊ in plurib⁹:ita de ſe influũt bonitatẽ mora lem/magnitudinẽ moralẽ ⁊c.in vno ⁊ in plurib⁹ cõcordãtes:in vno quidẽ/ quia vnã virtutẽ cõſtituũt de ſeipſis/in plurib⁹:qz diſtinctã eãdem virtutẽ in plurib⁹ virtutes cõſiſtere faciũt. Vitiũ aũt iſtã cõcordãtiã peruertit in cõtrarietatem: vt moralis bonitas/⁊ moralis magnitudo ⁊c. predicto vno/⁊ predictis pluribus cõtrarienẽ:vt ⁊ ipſum vnũ/⁊ ipſa plura rõne cõtrarietatis priuentur.¶Duodecimo ꝓpter diuerſos fines ſunt virt⁹ ⁊ vitiũ in contrarietate habẽtes mutuã reſiſtẽtiã:qz finis ꝟtutis eſt eſſe/⁊ multiplicatio eſſendi:finis ꝟo vitij eſt nõ eſſe:⁊ di minutio eſſendi:⁊ ideo cũ iſtoꝝ duoꝝ fit cõflictus/ad eoꝝ reſiſtẽtiã mutuã ſi vir tus ſuperet vitiũ/cõuertit vitiũ ad finẽ virtutis:cũ malũ ſit ꝓpter bonũ:ſi ꝟo vi tium virtutẽ ſuperet:ducitur quidẽ virtus ad finẽ vitij/ ſcz ad nõ eſſe.¶Habet au tem ſuperari virt⁹ rõne infirmitatis actuũ bonitatis/magnitudinis ⁊c.ſubſtan tialiũ/in qua quidẽ infirmitate peruertit bonificare in malificare: ⁊ verificare in falſificare:⁊ ſcire in ignorare:quẽadmodũ ĩ guſtu infirmo pomi dulcedo in ama ritudinẽ peruertit:que ſcz amaritudo nõ eſt ipſius pomi: ſed potius ipſius gu ſtus a ſua propria dulcedine in accidẽtalẽ amaritudinẽ deuiati.¶Decimotertio ſi bene cõſideretur ipſa virt⁹ moralis/de qua hic queritꝫ: ipſa eſt principiũ habẽs ſe ad oĩa aut immediate/aut mediate: nã ipſa virtus ad deum ſe habet: et ad ea que de deo ſunt:cũ ipſa ſit mediũ/quo ipſa anima rationalis deo fruitur:et iterũ ſe habet ad omnia creata: eo qz in oĩbus ſm q̃ ſunt attingibilia ſunt bonitas/

magnitudo ⁊c. substantiales hominis apte nate agere bonum/magnum ⁊c. Cū igitur vitium sit ipsius virtutis priuatio: quocunq; modo et quantumcūq; sit virtus ꝑm se in esse illo modo/ et tantum potest esse vitium ꝑm se in priuatione/ qō patet etiam: qz cū ipsa virtus moralis ex interioritate virtutis substantialis orta est deducta per acquisitionem/ aut per infusionem de habitu in actum: vbi consistit ratione forme:est quidem vitium in potentia in ipsa substantiali virtute:vt priuando possit sequi medium vsq; ad finem/per quod transiuit virtus: et econtrario/quādo vitium priuauit medium totum de principio vsq; ad totum finem:stat quidē virtus in principio potentialiter loco materie:vt restauret totū medium priuatum a vitio:⁊ totum finem destruens in totis istis terminis vitiū preter potentiam eius in principio:vt nō destruat semetipsam. ¶ Decimoquarto/virtus moralis est medium per qō finis eius fluit ad suum principium:et per qō principium ipsius virtutis refluit ad suum finem sapiente ipsa virtute naturam sui principij/⁊ finis:q; patet/quia finis virtutis moralis est virtuosum/seu virtuificatum esse moraliter/virtuosum per virtutē fluit ad substantialem virtutem hominis:vt sicut ipsa est virtuificatiua substantialis propter substātiale virtuificatum/qui est homo:ita sit virtuificatiua moraliter ꝓpter virtuificatū moraliter:videlz propter hominē de virtute sua substātiali bonificantē/magnificantem ⁊c. et sicut fluit ipse finis/ita refluit ipsum principium:ita q; virtus moralis cōsistit medium duorū extremoꝝ:videlz sui principij/⁊ sui finis/sapiens eorū naturam/tanq; imago ipsius principij/⁊ ipsius finis: vitium vo est predicti medij destructio:vt predictus finis non influat ad suū principiū: nec principiū refluat ad suū finē: et ideo vitiū priuat predicto principio predictū finē ipsius principij. ¶ Decimoquinto/virtus moralis est ipse finis moralis/cui substantialis bonitas/magnitudo ⁊c. hominis acquiescūt ratione bonificandi/ magnificandi ⁊c. moraliter: nam bonificare/ magnificare moralia bonitatis/ magnitudinis ⁊c. substātialiū sunt mediū/per qō homo est in virtute morali:⁊ ipsa virt⁹ fit ei medium:per qō ipsa bonitas/magnitudo ⁊c. substātiales:de quib⁹ ipsa virtus influra est/tēdunt ad summum virtuosum/bonum ⁊c. cui oīs virtus/bonitas ⁊c. acquiescit:vitiū aūt est priuatio illi⁹ finis/que est ipsa virtus moralis:vt substantialis bonitas/magnitudo ⁊c. hois ei non acquiescant: immo falsificent/malificēt ⁊c. vt nō habeāt predictū finē ꝑ medio veniēdi ad summū finē/ qui est ipsum summū bonū/virtuosum/ et ipsa summa beatitudo. ¶ Decimosexto/cū virtus moralis sit ipsa similitudo substātialis virtutis ab eadē influra: maioritas igit ipsi⁹ virtutis influra est imago magnitudinis substātialis virtutis:vt ꝑ illāma ioritatē plus possit distare a vitio/qō in tāta minoritate cōsistit/qō ipsum ex parte sui est nihil:qō scz vitiū de ipis minoritatib⁹/bōitatis/magnitudis ⁊c. substātialiū cōstat implicantibus auariciā/accidiā/inuidiā/gulā ⁊c. que quātum est ex parte sui nihil ponūt. ¶ Decimoseptimo/virtus moralis est finis cōcordātie/bonitatis/magnitudinis ⁊c. substātialiū ad bonificādū/magnificādū ⁊c. moraliter qui finis equalitati bonificādi/magnificādi ⁊c. moraliter acquiescit: vt ipsa virtus coequata de equalib⁹ bomificare/magnificare ⁊c. distet ab ista inequalitate/ que est nimis/⁊ parū existētia mediū introducēs vitiū ad destructionē virtutis:

nam cū bonitas/magnitudo ſubſtātiales trāſmittūt de ſe bonificare/magnifica
reqz irregulata ratione maioritatis/ꝛ minoritatis:tūc ꝓpter priuationē ꝓpor
tionis eoꝝ ꝑm iuſticiā coequate tēdūt ipa bonificare/magnificare ꝛc̄.in priuatio
nē peruerſa inequalia malificare/parificare ꝛc̄.de quib⁹ vitiū cōſtat coequatū.
¶ Decimooctauo/ poſita differētia inter maioritatē ꝛ minoritatē/ aut cōcordat
oīs minoritas minoritati:aut cōtrariatiue reſiſtit maioritati:ꝛ iſte ſecūdus mo
dus minoritatis eſt vitiū:qō eſt circa nihil:qō de ratione ſui nihil ponit:et cū ita
ſit/ꝙ adeo virtuti reſiſtit/ꝙ eā facit ſtare in nō eſſe:vbi non habet reſiſtere vitio:
tūc eſt vitiū in ſumma ſui excellētia:que cum maxima minoritate cōuertitur:ꝛ ecō
trario:ꝛ ſimiliter eſt de virtute:ſi aūt virtus ꝛ vitiū equaliter cōcurrāt ad reſiſten
tiam:adhuc tamen regnat virtus/ que ſi vincit:multiplicatur.

Secūqz ſunt circa deū inquātū habēt eſſentiā/ ꝛ exiſte
re/ꝛ agere bonū ſunt dei:eiuſqz dignitatū ſimilitudīes:quāto ergo exiſtere ſimilitudinis dei magis ꝓducit age
re bonum/magnum ꝛc̄.tanto ipſa ſimilitudo magis eſt dei:et quan
to magis remittit agere bonū:tāto ipſum exiſtere magis recedit a ſi'litudine dei:
et tāto eſt min⁹ bonū/ꝛ ei⁹ magnitudo minores habet extremitates eſſendi. ¶ Cū
igit virt⁹ moralis(de qua hic q̄rit)ſit diuine ỽtutis ſi'litudo:q̄ ſcz virtus diuina
eſt tāta ozigo vnionis/bonitatis/magnitudinis ꝛc̄.dei in ſeipſa/ꝙ ipſa eſt idē ꝙ
magnitudo in oī perfectione bonitatis ſue:oportet ꝙ ipſa virt⁹ moralis ſit in ꝓ
portione bonificādi/magnificādi/q̄ eſt ſi'litudo vnionis diuine ỽtutis:ꝛ ſic nū q̄
priuabit in vitiū ipſa virt⁹ moralis/in qua bonificare ꝛ magnificare habēt ꝓ
portionē:ſed quāto maior erit ꝓportio:tāto ſi'lior erit diuine virtuti/que in boni
tate nō deficit:nec etiā in bonificare ꝛc̄.cū ſit idē cū magnitudine:quāto ergo ma
ior eſt improportio predictoꝝ actuū/tāto ſurgit maius vitiū in ỽtutis priuatiōe
¶ Secūdo/cū bō illā veritatē que eſt in ratione obiectiua cōuertit inuanū affir
mans eā eſſe id qō eſt:ꝛ negās illam eſſe falſitatem:tunc conſtat virtus in ratione
illa:qz in ratiocinando verū ꝛ bonū ꝛc̄. veritas illa cū bonitate ꝛc̄.rationali con
uerſa eſt in virtutē moralē/per quā ſcz cōuerſionē bonū ꝛ virtuoſum moralia cō
uertunt ratione predicte veritatis:vitiū aūt in toto cōtrario predictoꝝ bz eſſe:cū
homo illā veritatē q̄ eſt in rōne obiectiua cōuertit in malū/negās eā eſſe id qō eſt:
ꝛ affirmās eā eſſe falſitatē. ¶ Tertio/qz illa diſtinctio cōſtat i ſummitate ỽtutis/
in qua bonificās/ꝛ bonificat⁹ diſtincte ꝑmanēt/idē eſſentia ꝛ natura oriť virtus
ex agēte ꝛ patiēte ỽtuoſo/ſicut bonificare ex bonificāte/ꝛ bonificabili:nā de ipſo
bonificante ꝛ bonificato ſumme virtutis procedit ipſa ſumma virtus:que predi
ctā diſtinctionē nō permittit eſſe ſine predicta idēptitate:nec predictā idēptitatē
ſine diſtinctione:ergo cū virt⁹ de qua querit ſit ipſius ſumme ỽtutis ſi'litudo/ ha
bet ꝓcedere ex ipſo boie ỽtuoſo agēte bonū ꝛ patiēte bonū:vt ipſa virtus cōſtare
faciat actionē ꝛ paſſionē boni in eodē boie ỽtuoſo:ꝛ ecōtrario:ſed cū vitiū ſit pe
nitus diſſimilitudo ipſi⁹ ſumme ỽtutis/habet quidem ꝓcedere ex boie vitioſo
agēte/ꝛ patiēte malū per oppoſitū ỽtutis. ¶ Quarto/ſicut magnitudo diſtat a
parnitate cū ỽtute:ꝛ eternitas a patre rōne magnitudīs:ſic rōne ſi'litudinis/quā
bz ỽtus moralis a dignitatib⁹ diuinis/diſtat ipſa ỽt⁹ a vitio rōne magnitudis:

De ſecundo mō probatio nis.

et sicut distat ab ipso vitio ratione magnitudinis: sic etiã distat ab eodẽ ratione perseuerãtie/que est eternitatis similitudo:qz virtutis magnitudo in perseuerãtione bonitatis/potestatis ⁊c.se multiplicat ratione cuius perseuerantie se elongat ab instabilitate/que vitio concordat. ¶Quinto illa volũtas est magna/que cõtinue agit bonũ/diligẽdo virtutẽ:in hac ergo volũtate semp cõsistit virtꝰ:qm̃ in magna volũtate impossibile est inueniri virtutẽ otyosam: ergo ꝓ oppositũ in parua volũtate rõne otyositatis virtutis consistit vitium per oppositũ virtutis. ¶Sexto/ qm̃ vitiũ multiplicat magnitudinẽ pene:⁊ virtꝰ multiplicat magnitudinẽ glorie:eo qz vitiũ destruit esse: et virtꝰ multiplicat illud: iccirco est virtus via glorie:⁊ vitiũ via pene. ¶Septimo virtꝰ est maior in cõcordãtia/ ꝙ in cõtrarietate(vt predictum est) maior em̃ est mutua virtutũ cõcordãtia/ ꝙ cõtrarietas mutua virtutis ⁊ vitij:nã aliqua ipsaꝝ virtutũ non põt habere esse:nisi oẽs cõcordãdo concurrãt ei dẽ: ⁊ sic multiplicatur magnitudo essendi virtutis ratione cõcordãtie oĩm:ad cuius destructionẽ sufficit/ꝙ vitiũ inueniat aliquã illarũ nõ cõcordãtem. ¶Octauo/impossibile est inueniri cõtrarietatẽ inter magnitudinẽ ⁊ virtutẽ:⁊ per cõsequẽs inter paruitatẽ ⁊ vittũ:rõ aũt huius est: qz magnitudo/ virtꝰ/⁊ esse cõcordãt:cũ vnũ sine alio esse nõ possit:vitiũ vo/ parnitas ⁊ non esse. ¶Nono oĩs virtꝰ minor est in principio/ꝙ in fine:⁊ rõ est:qz nõ põt esse in principio absente virtute in fine qui moueat efficiẽtẽ/ac etiã qz solũ in finali est actu/ ⁊ nõ potẽtia/aut habitu. ¶Decimo/ ortigo vitij est priuatio vtutis: nã sicut priuatio est eternitatis dissimilitudo/⁊ vitiũ virtutis:sed virtus ⁊ eternitas concordãt:ergo vitiũ ⁊ eternitas cõtrariantur. ¶Undecimo/substãtialis potestas in humana sapiẽtia est subiectũ/seu principiũ vñ virtus moralis ortꝫ:⁊ virtus possendi cõsistens in virtute sciẽdi est mediũ per qõ ipsa virtꝰ ꝓcedit in actũ:per oppositũ cõtra subiectũ seu principiũ vnde vitium oritur est potestas in insipiẽtia/et malicia:⁊ mediũ per qõ inducit in actũ est actus malꝰ potestatis in actũ insipiẽtie ⁊ malicie:ergo in augmẽto actuũ potestatis ⁊ insipiẽtie crescit vitũ:⁊ in eorũ detrimẽto decrescit. ¶Duodecimo/voluntas humana bonũ appetit cũ virtute potestatis:per oppositũ ergo volũtas humana malũ appetit cum vitio potestatis: manifestũ est ergo ꝑm diuersa tẽpora/ꝙ humana potestas in ipsa humana volũtate est subiectũ ad duo cõtraria:scz ad virtutẽ ⁊ vitiũ:similiter et ipsa bonitas/magnitudo ⁊c.cũ aliud humanorũ principiorum absq; alio esse non possit. ¶Decimotertio/ipsa virtꝰ de qua hic querit/est virtus humane potestatis vna cũ humana bonitate ⁊c.⁊ habet infundi ex distinctione potẽtie/habitꝰ/ et actus ipsiꝰ potestatis/⁊ alioꝝ principiorꝝ. Situs ergo ipsiꝰ virtutis cõsistit in potẽtia/ habitu/⁊ actu potestatis influẽtis ipsam virtutẽ de ipsis:scz de ipsa potẽtia ⁊ habitu in actũ/existẽte posse subiecto ipsi virtuti:in opposito autẽ est situs vitij in humana potestate/bonitate ⁊c.ipsa potestate ⁊c.subiãciẽte se vitio potẽtialiter/ habitudinaliter/⁊ actualiter:vt contra virtutẽ agere possit. ¶Decimoquarto/si potestas virtutis moralis nõ haberet distinguẽdo virtutẽ nõ haberet cã concordãdo/nec ecõtrario/distinguẽdo quidẽ virtutẽ a virtute/vt fidẽ a spe ⁊c.concordãdo etiã virtutẽ vtuti:vt ipsam fidẽ spei ⁊c.⁊ isto'mõ ꝓducẽs aliquã ipsarũ virtutũ in actũ:cõseruat ceteras ei cõnexas in habitu:ꝫ vt ipsa que est i actu influẽtiã

recipiat

recipiat ab eis que ſunt in habitu :immediate enim habitus habet influere in actum. Cum autem poteſtas diſtinguit virtutem a virtute/ponens inter eas cõtrarietatem:ſurgit vitiũ de libera potentia poteſtatis:ꝛ trãſiens per habitum p uenit in actũ derelinquens cetera vitia in habitu :vt ab illis in ſuo actu capiat nutrimentum :et ſic vitium exiſtens communis priuatio contractum eſt ad potentiam /habitum/et actum. ¶ Decimoquinto/cum nullus intellectus virtuti ſue contradicat:et virtutis intellectus ſit exaltare virtutes morales:ſequitur ergo ꝙ illi virtuti principaliter adheret/in qua cetere virtutes recipiunt exaltationem :charitas autẽ eſt huiuſmodi ſuper ceteras virtutes principaliter:ergo adheret eidem intellectus:in augmento enim charitatis creſcunt fides/ſpes/iuſtitia/ ꝛc.et in eius detrimento decreſcunt:eaꝙ priuata/omnes priuant/ſimiliter et in priuatione alicuius earum concurrunt cetere in nõ eſſe:de vitiis autem non eſt ita :nõ enim eſt tanta cõcordãtia inter vitium et vitiũ:quanta eſt inter virtutẽ ꝛ virtutẽ. ¶ Decimoſexto/cũ humana virtꝰ auxilio humane bonitatis ꝛc.intendit p ducere iſtum finem / qui eſt virtus :primo oportet eam in ipſo homine quẽ ipſa cũ aliis principiis ꝓſtituit coeꝛre actionẽ et paſſionẽ :put põt melioꝰ:vt ſcõm ꝙ homo eſt agens ad virtutem:ita ſit patiẽs ad virtutem:qñ fine equalitate nulla virtus eſt finis:quod tamen intelligendũ eſt de equalitate principiorum virtutis :nam ex inequalitate oppoſita predicte qualitati impoſſibile eſt produci virtutem in ratione finis:ſed potius producitur inde vitium exiſtens priuatio illius finis /qui eſt virtus.


de tertio modo probationis et inueſtigationis ſciẽtie moralis.

¶ Reſupponendo illa que de deo preſupponenda ſunt eſt virtus ſubiectum/per quod deus influit gratiam fidei /ſpei/charitatis/ꝛc.per quas illuminatur memoria ad frequenter recordandum :et voluntas ad multum diligendum:et intellectus ad prudenter inueſtigandum ratione voluntatis /et memorie :vt adhuc gratia fidei :et per cõſequens ſpei: et charitatis ꝛc.ſub fide altius exaltari poſſit eo ꝙ memoria plura ꝛ maiora recolat:ꝛ voluntas feruentius diligat : miniſtrãs intellectui diſcurſino inueſtigandi materiam altiorem :ita ꝙ fit continuus fluxus fidei de voluntate ad intellectum ratione inueſtigantem: vt exaltetur in intelligere :et cũtinuus reflurus intelligẽdi de intellectu ad voluntatem ſuppoſitione confidentem :vt in fide altius exaltetur :memoria exiſtente medium ſubiectum tranſitui huius fluxus et reflurus propter altam vtriuſq; partis recordationem. ¶ Per oppoſitum autem fidei conſurgit diffidẽtia:que diſcredit credita fidei/ratione cuius ſcz diffidẽtie volũtas odit dilecta fidei :et diligit odita fidei :ꝛ vbi fides credit poſſibile/ diffidentia aſſerit ipoſſibile/ vel neceſſarium: vt intellectus nequaq; diſcurrere poſſit peruertente in memoriam in recolendo contraria fidei /et rationis :hoc autem eſt maximum vitium:inducit enim contra ſpẽ ꝛ charitatẽ deſperãtiã/et crudelitatẽ:exiſtẽtes omniũ malorũ fundamẽtum. ¶ Scõs modus eſſendi virtutis moralis inſenſibilis eſt:et iimaginabilis eſt autez intelligibilis tantũ:ſolus ergo modus intelligendi ſuperans modum ſentiendi/et imaginandi illi proportionatus eſt:modus igitur eſſendi virtutis manifeſtus eſt per hec que dicta ſunt de virtute reſpectu ſui:et per oppoſitionẽ

quã habet vitio :et econuerſo /modus autem intelligendi ipſum modum eſſendi virtutis indutus eſt :quia eſt eius habitus pariter et voluntatis / et memorie agentium bonum /magnum ꝛc.et ideo dum intellectus virtuoſus ſuum modum intelligendi applicat ad modum eſſendi virtutis/ induit quidem ſuũ modum intelligendi realem de modo eſſendi virtutis/vnde ſequitur/ ꝙ intellectus vitioſus modum realem eſſendi virtutis de ſuo modo intelligendi vitioſo nõ attingit:ſed potius modum eſſendi vitij :de quo ſuus modus intelligendi indutus eſt :impoſſibilis enim eſt realis proportio inter modum intelligendi vitioſum :et modum eſſendi virtutis.¶Tertius modus/cum autem conſideratur virtus ſecundum duplices terminos /ſic habet eſſe ipſa virtus theologica/moꝛalis : et eſt in prima intentione et ſecunda : in prima quidem cum aliqua virtutum eſt actu :in ſecunda vero cum cetere ſunt habitu :et illa fit actu :et eſt ipa virtus moꝛalis figura :virtus vero ſubſtantialis hominis eſt forma : cuius eſt illa figura:et per contrarietatem conſideramus eam reſpectu vitij:et econuerſo/ quod ſcz vitiũ habet duplicíter eſſe :aut quia oꝛitur immediate a coꝛpoꝛe per conſenſum anime:ſicut gula/ et luxuria:aut quia oꝛitur immediate ab anima: vt ſuperbia /inuidia/ira ꝛc.¶Iterum per tertium modum habet eſſe virtus:ſicut fides /ſpes/et charitas:que ſunt virtutes theologice:quia a deo infundũtur in aiam :Ꝑquas ſunt diffidẽtia/deſperãtia/ꝛ crudelitas/que ſunt peſſima vitia/ et ſi tertius modus in contrarietate accipiatur /manifeſtum eſt:ꝙ vna virtꝰ duobus vitijs concordantibus contrariatur :ſicut fortitudo gule /et luxurie:et vnũ vitium duabus virtutibus concordantibus :vt deſperantia fidei /et ſpei:ꝛ vna virtus duobus vitijs contrariantibus:ſicut temperantia prodigalitati:et parſimonie.Inter virtutes impoſſibilis eſt contrarietas:ſi enim cadat inter virtutes contrarietas:ipſe invitia peruertuntur .Iterum ſi per quintum modum inueſtigandi virtus accipiatur ſecundum concordantiam: ſic ſunt quatuoꝛ virtutes cardinales .ſ.iuſtitia/prudentia/fortitudo/temperantia/in quarũ oppoſito ſunt iniuria /inſipiẽtia/fragilitas/ſeu inconſtantia : et diſtemperãtia :que ſunt principale medium ad gulam/luxuriam /ſuperbiam ꝛc.et deuiatio a fide/ſpe/ꝛ charitate :et ſic habemus iſtum quartũ modum in concordantia et contrarietate :in concordantia quidem de virtutibus theologicis et cardinalibus contra vitia contraria virtutibus theologicis:et contra vitia contraria virtutibus cardinalibꝰ:ita ꝙ hic eſt circulꝰ ſcõm quintũ modũ inueſtigãdi :qꝛ virtutes theologice ꝛcordãtiã habent cũ virtutibꝰ cardinalibus Ꝛriãtibꝰ vitijs cardinalibꝰ :vtꝙ iſtã concordantiam contrarientur vitijs cardinalibus:eo quia per hanc contrarietatẽ cõtrariantur ſuis rectis cõtrarijs ſcilicet vitijs theologicis:et ecõtrario:et ſic de ipſis vitijs theologicis cõtra virtutes theologicas eodem ſmodo :ſimiliter virtutes cardinales concordant virtutibus theologicis:vt per iſtam cõcordantiam contrarientur vitijs theologicis:eo ꝙ per iſtam contrarietatem cõtrarientur ſuis recte contrarijs vitijs cardinalibus /et econtrario : ſimiliter de vitijs cardinalibus aduerſus virtutes moꝛales.¶Quartus/ſicut ipſa virtus ſubſtantialis vndeprocedit virtus moꝛalis eſt generalis /et vna in ſeipſa / conſtituens cum bonitate /magnitudine ꝛc.hominem:et eſt diſtincta / eo quia ipa

contracta ad bonitatem:alia eſt a ſeipſa contracta ad magnitudinem ⁊c.ita ſi militer ipſa virtus moralis procedens ab ipſa virtute ſubſtantiali vna eſt in ſe ipſa :ſed contracta ad diuerſas proprietates ſecundum illas eſt diſtincta :nam ipſa virtus contracta ad iuſticiam alia eſt a ſeipſa contracta ad prudentiam: et alia a ſeipſa contracta ad fortitudinẽ ⁊c.hoc etiam ſimiliter ſequitur de vitio quoniam vitium cum de ſeipſo ſit pura priuatio/ſeu purum non eſſe/vnum eſt in ſeipſo:ſed cum ſe contrahit ad fidez/exiſtit ipſius fidei priuatio :et dicitur diffidentia :tunc eſt aliud a ſeipſo contracto ad caſtitatem:quia tunc dicitur luxuria ipſo priuante caſtitatem :vnde patet quoniaz ſicut virtus moralis exiſtit vna in ſeipſa veniens in eſſe diſtinctũ ſpecificando ſe ſecundum diuerſas proprietates :ita ſimiliter vitium quod eſt ipſius virtutis pura priuatio venit in eſſe diſtinctum ſpecificando ſe ſecundum illas proprietates :ad quas priuando ſe cõtrahit. ¶Quintus.Cum ita eſt/q̃ ratio realitatis obiecti a ratione intellectus diſſentit :tũc eſt virtus implicare cõtradictionem ſecundi modi cõtradictionis: quia licet intellectus tranſcendenter ſupra hanc contradictionem rationem rei ſit attinctiuus :oritur tamẽ ei fides:quia totaliter ſine contradictione rationis ſue attingere non poteſt:per quam fidem voluntas diligit id quod intellectus attingere non poteſt :et iuſticia etiam habet eſſe ibidem:iuſtum etenim eſt intellectũ magis ſtare iudicio rationis rei obiecte /q̃ rationis intellectus obiectantis :cũ plus ſit veritatis in re obiecti/q̃ rationis intellectus obiectantis:ad hoc etiam concurrit prudentia:nam inde acquiritur habitus ſcientificus trãſeundo ſup rationem propriam ad rationem obiecti :et ibi ſimiliter vtitur intellectus fortitudine ſuper debilitatẽ rationis/ſub ratione fortitudinis veritatis rei: et habet in ſe temperãtiam/ cedendo magis illi parti/cui magis eſt cedendum:⁊ cedendo minus illi parti cui minus eſt cedendum:et ſicut virtus eſt implicare contradictionem rationis(vt dictũ eſt)ita ſimiliter eſt vitium implicare contradictionẽ rei /negãdo cõditionẽ rõnis ipſius intellect⁹:quoniam ſi intellectus negat/tunc vt nõ fit intellectus cõtradictio incurrit neceſſario realẽ cõtradictionem/que eſt vera cõtradictio exiſtens impoſſibilis:vt patet in libero arbitrio / et predeſtinatione :quoniam ſi ambo non ſtarent ſimul ratione cõtradictionis intellectus/ oporteret q̃ ſapientia dei eſſet ignoratia /ſciendo et neſciendo :et iuſticia dei iniuria retribuendo et nõ retribuendo:et hoc eſt magnuz vitiũ:qõ eſt cõtra fidem/ ſpẽ/⁊charitatẽ ⁊c. ¶Sext⁹/duoꝝ ꝺictoꝝ ꝓterite ꝟtingẽtie ĩcludũt in ꝓſenti ſub diſiũctione neceſſitatẽ:vt hõ eſt neceſſario virtuoſus:vel vitioſus/atq; duoꝝ ꝺictoꝝ ꝓntes poſſibilitates ſeu ꝟtingentie ſub diſiũctiõe alicui⁹ eoꝝ neceſſitatẽ indicãt affuturã:vt aliqd futurũ eſſe virtuoſum/vel vitioſum:⁊ ſic in oĩb⁹ ꝓcedẽs libertas ad virtutẽ ⁊ vitiũ ſup ꝟtingẽtiã fundata/ꝟſequẽtẽ neceſſitatẽ ꝓ deſtinationis/vel preſciẽtie neceſſario in ſe icludit :⁊ ecõuerſo ꝓdeſtinatio aut ꝓ ſcia ſup neceſſitatẽ fundata ꝟtigẽtiã libertatis añ ſe demõſtrat:aliter eẽt ipoſſibilis ipa vt⁹ moralis:qm̃ ſi ipa virt⁹ neceſſitate veniret coacta de principio p̃ medium vſq; ad finẽ:ipa qdẽ carẽs merito nõ eẽt i ipo fine vt⁹:nec p ꝟñs i ꝑncipio/⁊ medio:⁊ quãtũ ad ħ ꝟtigẽtia ⁊ neceſſitas ſunt ſuſtãtialr ꝓpt vtutẽ:⁊p accidẽs vitiũ ſubſequũt.Septim⁹/ſicut vt⁹ ⁊vitiũ bñt eẽ ſubſtãtialr i boie:vt⁹ qdẽ gñando

vitium vero corrumpendo/ita ſimilitudinarie habent eſſe virtus et vitium moraliter in eodem:nam ſicut propter vitium ſubſtantiale corrumpitur corpus humanum/priuando virtutem ſubſtantialem hominis ipſa ceſſante ab operationibus ſuis:ita propter vitium morale corrumpitur gratia anime humane/priuando virtutem ipſa virtute morali ceſſante ab operationibus:ita p demõſtrationẽ ſimilitudinariã virt⁹ ⁊ vitiũ demoſtrant:ſimiliter habẽt demõſtrari peqparantiã in ⁊tradictiõe:vt exiſtente boĩe in virtute non eſt in vitio;⁊ non exiſtente ipſo in vitio eſt in virtute/vel exiſtente homine in vitio non eſt in virtute:⁊ non exiſtente eo ĩ virtute eſt in vitio:quia ad poſitionem alterius iſtorum priuat neceſſario reliquum:⁊ ad priuationem alterius ipſorum ponitur neceſſario reliquum.Iterum per equiparantiam in concordãtia ſimiliter demoſtratur:quia poſita aliqua ipſorum virtutum actu habent eſſe neceſſario alie in habitu:hoc idem eſt ſimiliter de vitijs:⁊ propter quid etiam ſit in eis demõſtratio:vt ꝓpter virtutẽ exiſtentem actu ⁊habitu oportet eſſe vitium in potentia:⁊ per quia:vt qz vitium eſt in potentia ſine actu eſt virtus:vitium quidem in potentia non eſt vitium/quamuis ſit medium ad vitium:aut etiam in contrario propter vitium exiſtens habitu eſt virtus ĩ potentia ſiue habitu:aut quia virtus eſt in potentia ſine habitu eſt vitium:virtus enim in potentia ſine habitu non eſt virtus:q̃uis ſit medium ad virtutem.¶Octauo cum attingitur ꝙ deus mouet animam humanam gratia libertatis ad poſſe peccare ſine culpa ipſius dei:⁊ ꝙ peccatum ratione ſui nihil exiſtens poteſt inficere animam:⁊ ꝙ virtus ſit duorum extremorum medium/ſcz duorum vitiorum:ita ꝙ nihil ſapit naturam eorum/eo ꝙ homo vitioſus totus per ſe:⁊ totus per deum poteſt ſurgere de peccato:ita ꝙ non ſine deo/nec ſine ſeipſo:manifeſta quidem doctrina ⁊ via attingendi ſolutionẽ queſtionum/et etiam argumentorum/que ad puncta tranſcendentia in materia morali vertuntur.¶Nono/diuina virtus tanta plenitudine bonitatis ⁊c. agit in effectu ſuo:ꝙ aliquid in eo nõ permittit eſſe vacuũ:⁊ aliquid eſſe nihil:⁊ ideo in ea fluit in eſſe maioritas finis virtutum moralium:et inde per accidens maioritas finis vitiorum:cum vitia ſint propter virtutes:⁊ non econtrario: quoniaz ſi virtutes morales non eſſent in perfecta magnitudine finis:eſſent q dẽ in minoritate finis:vñ de neceſſitate ſequeret/ꝙ realiter aliqd eſſet nihil:⁊ecõtrario/qz ex quo hmõi maioritas finis:eẽt nõ eſſe:⁊ hoc qdẽ nõ eẽ eẽt maioritas finis:cũ maioritas finis nõ poſſit eſſe niſi maioritas finis:⁊ iterũ cũ diuina virtus ĩfluet plenitudinẽ virtutis ĩ effectũ ſuũ:ſeqret ꝙ minoritas finis eſſet maioritas:quare ad ĩpoſſibilitatẽ predictarũ conditionũ oportet virtutes/⁊ per conſequẽs vitia eſſe in tãta magnitudine finis/ꝙ ſint ĩ perfecto fine:⁊ ſic ſunt in maioritate finis:ad neceſſitatem igitur huius maioritatis predicte finis multa et ardua ſtant implicita:nam ad neceſſariam eius poſitionem ſtat neceſſario mũdum non eſſe eternum/ſed exta neceſſitatem inceptum:⁊ intellectum nullum eſſe vnum omnibus intellectibus:ſed penitus eſſe intellectus diuerſos:et aliam eſſe vitam preter iſtam:et ſic de alijs/que omnia ſupradicta maioritate finis explicari poſſunt.


Gloria
pena
charit.
fides
spes
inuidia
superbia
ira
tẽper.
luxu.
fortit.
accidia
prude.
gula
iustic.
auari.
virtus
vitiu
mos
monach.
raymund

De virtutib⁹ in speciali.

Istis generalibus que in philosophia morali considerantur: nunc ad specialissima descendamus. dictum est quod omnes virtutes morales /ac etiam peccata eis opposita a voluntate habent esse virtutes effectiue: vitia vero defectiue: et causantur in primis virtutes dispositiue ab actibus elicitis a voluntate/prout sunt conformes rationi recte: peccata vero per oppositum: et sunt (vt iam predictum est) nouem virtutes: et totidem peccata capitalia. virtus ex secundo ethicorum est habitus /qui habentem perficit et opus eius reddit bonum/et talem habitum acquisitum homo ex puris naturalibus vtendo voluntate absq; aliqua speciali gratia dei acquirere potest: et hoc mõ virtutes morales dici possunt naturales /prout distinguuntur contra virtutes supernaturales: et non dicuntur naturales: ex eo/quia insunt nobis a natura: quia tunc omnes homines essent virtuosi: sed dicuntur naturales: q; homo naturaliter (vt predictum est) regulando suam voluntatem eas adipisci potest: et est differentia inter eas / que causantur ab obiectis: vt patet per diffinitionem cuiuslibet: et vna queq; cum sua diffinitione discurribilis est per principia et regulas/ad hoc vt de ipsa maior possit haberi noticia: que quidem deductio explicita est in arte magna: tamen gratia exempli de iusticia que prima virtus cardinalis est secundus modum tractandi datur primo practica: ipsa in primis est reducibilis/seu applicabilis ad virtutem/et equalitatem: nam particulare applicabile est ad suum vniuersale: pro maiori tamen eius euidẽtia est notandum/q; triplex est iusticia: videlicet diuina/naturalis/et humana: diuina est ipsemet deus. vnde psalmista. iustus est dominus: et iusticiam dilexit. naturalis est illa/ qua natura regulatur ad debite agendum: et semper facit id quod melius est. vnde Aristoteles. viij. phyticorum. nihil inordinatum est eorum que a natura et secundum naturam sunt: nec a fortiori que a diuina virtute: vñ Augustinus de libero arbitrio. Porro ipsa lex q̃ tuendi populi causa data est/ nullius libidinis argui potest: eterne legis notionem que impressa nobis est/quantũ valeo verbis explicare/ea est: qua iustum est: vt omnia sint ordinatissima/a q̃ oẽs leges regulari debent. iusticia humana est id quo quis declinat a malo /et facit bonum: cuius actus est reddere vnicuiq; qõ suum est: et sic dicitur iusticia quasi iuris stantia: cuius partes sunt ea que concurrunt ad perfectum actum iusticie: et sic deducendo eam per principia et regulas: illa que dici possunt de iusticia attingit artista huius artis: et primo deducitur per principia hoc modo. iusticia est bona bonitate moris/elicita a volũtate /prout est conformis rõi recte: cuius causa est bonitas substantialis. iurta illud Ciceronis primo Officiorum. homo habet quosdam igniculos a natura /quibus monetur ad virtutes: et illa sunt principia naturalia: nam bonitas est ratio boni: vt agat bonum ideo iustum est/q; bonus agat bonum: a sic oritur a ratione bonitatis: et iusticia oritur oriente suo actu: et magnitudo est dispositio magne iusticie bonitatis: vt agat iustus magnum /bonum: et duratio vt faciat ipsum durare: et potestas vt possit existere: et agere bonum/magnum/iustum/durans/potens/ꝛc.

et per ſapientiam ſiue intellectum eſt intelligibilis:et eſt virtus /ad quam eſt applicabilis tanꝯ ad proprium genus :et ſic virtus oritur ex bonitate/ magnitudine ꝛc.ſic et iuſticia humana ex ſimilitudinibus eorum:et iſtud eſt regula generalis ad omnia iura poſitiua.iuſticia eſt vera :quoniam eſt adequatio rei iuſte ad intellectum :et eſt glorioſa :inquantum bonitas/magnitudo habent quietem in ipſa:et homo ſua operatione iuſta gaudet/iuxta illud Ariſtotelis primo Ethicoꝝ.neqꝫ iuſtus aliquis diceretur non gaudente operatione iuſta. ¶ Itē ipſa eſt differens quo ad pondus et proportionem :et eſt concordans /inquantum plura concordat in vnum iudiciū:iuſtitia eſt contrarians/ inquantum contrariatur iniurie/que priuatiua eſt de ſe:iuſticia vero poſitiua /iuſtitia eſt principium / quo iuſtus producit ſuum iudicium : et eſt medium etiam quo et finis bonitatis/magnitudinis /moris ꝛc.et eſt maioritas conſideranda in ea reſpectiue: et eam recipit ſobiectiue ab obiecto : ſubiectiue vero a ſubiecto in quo eſt.Suo modo dicendum eſt de equalitate/ et minoritate : quoniam relatiue ſe habent :eſt etiam diſcurribilis per regulas:ſed quia eius diſcurſus et aliarū virtutū eſt in arte magna explicitus /ſolū motiua in hoc opere damus : eſt tñ notādū qꝫ virtutes ſunt circa paſſiones/ et opationes per ſe, primo/vel non primo. temperantia eſt primo circa medium rationis in delectationibus. fortitudo circa medium timoris/ et audacie . Iuſticia circa medium in operationibus que ſunt ad alterum :et eſt duplex ſecundum Ariſtotelem .v. Ethicorum/videlicet commutatiua :et talis non eſt in deo : et diſtributiua / qua diſtribuuntur bona ſecundum merita :et talis eſt in deo .vnde Dionyſius de diuinis nominibus.oportet in hoc videre veram eſſe dei iuſticiam :quia omnibus tribuit propria ſecundum vniuſcuiuſqꝫ exiſtentium dignitatem. ſecundo temperantia et fortitudo ſunt circa obiectū paſſionum/quas moderant:et iuſticia eſt circa paſſiones:inquantum inuat fortitudinē:ꝛ etiā temperantia et fortitudo ſunt circa operationes ad alterum :per accidens, et non per ſe.de iuſticia Salomon/ꝛ homine iuſto hec inquit .non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit:et iuſtus quaſi leo confidens abſqꝫ terrore erit :et ſic non habet timorem/ qui vnam virtutem cum alia cōcordat :referendo omnes ad virtutem dei .vñ Bernardus.qd vobis cū virtutibus /qui dei virtutes Chriſti ignoratis ? vbinā queſo vera prudentia /niſi in chriſti doctrina ? vbi vera iuſticia / niſi de Chriſti miſericordia? vbi vera temperantia /niſi in chriſti vita ? vbi vera fortitudo /niſi in chriſti paſſione? ſoli igiꝫ qui eiꝰ doctrina imbuti ſunt /prudentes dicēdi ſunt: ſoli iuſti qui de eius miſericordia veniam peccatorum conſecuti ſunt : ſoli temperantes/ qui eius vitam imitari ſtudent/ſoli fortes/ qui eius ſapientie/patientie documenta fortiter in aduerſis tenent.Hieronymus .tunc vere et honeſte putenꝫ eſſe virtutes : cum ad deum referuntur : nec propter aliud expetuntur :tunc etiam quando propter aliud inflate / atqꝫ ſuperbe ſunt : et ideo non virtutes / ſed vitia iudicanda ſunt/quecūqꝫeñ ſaluator noſter fecit:ad noſtram doctrinā oīa opera tus eſt: ideo nos veſtigia eiꝰ ſequi debemus : nā ille dicit vere virtutes tenere/ qui veſtigia Chriſti ſequit : et in eo manere / qui ſicut ille ambulabit :ipſe am-

bulare enitiť/qđ est nō ambire terrena/nō caduca lucra sectari/fugere honores/oēm contemptum mundi pro celesti gloria amplecti: libenter cunctis prodesse: iniurias nulli inferre:et sibi illatas patienter sufferre: sed conditoris gloriam semper querere:ꝛ quos secum valet ad superna erigere:hec et hmōi gerere est vestigia Christi sequi.hec Beda super illo.exemplum enim dedi vobis: vt ita faciatis/ꝛc.Item Augustinus. summum bonum appetere est bene viuere: vt nihil sit aliud/q̄ toto corde/tota anima/tota mente deum diligere: a quo existit/vt incorruptus in eo amor/atq̄ integer custodiatur:qđ est temperantie:et nullis frangatur incommodis/quod est fortitudinis:nulli alij seruiat:quod est iustitie:vigilet in discernendis rebus:ne fallacia paulatim doluſq̄ subrepat: quod est prudentie.hec est hominis vna perfectio/qua sola impetrat:vt veritate/sincritateq̄ perfruatur.Idem in libro de moribus ecclesie.deus summum bonū est: cui adherere certe non valemus/nisi delectione/amore/ꝛ charitate: vt temperātia sit amor integrū se prebēs ei qđ amať.fortitudo amor facile tolerās oia ꝓpter qđ amať. Justitia amor soli amato seruiēs.prudētia amor ea qb⁹ adiuuať ab eis a quibus impeditur sagaciter seligens:nam diligentib⁹ deum omnia procedunt in bonum:et sic patet qnomodo virtutes sunt cōcatbenate ratione finis potest tamen vnaquęq̄ in sua differentia mediante sua diffinitione intelligi:est enim iustitia habitus/quo iustus agit iusta opera:vt seruiens deo animus recte ꝛ iuste corpori imperet:vbi deo homo non seruit:quid in eo putandum est ese iusticie:sic et prudentia est habitus/quo prudens prenidet bona ꝛ mala que possunt euenire.vnde Gregorius.vt interior oculus vere simplex sit/duo illi arbitror esse necessaria/charitatē in intentione/ꝛ veritatem in electione: quomodo veniq̄ simplex erit oculus/cum ignorantia veritatis eius qui bonum diligit/et malum nescius agit:huius bonus est quidem oculus: quia pius/ non tamen simplex:quia cecus:et est qui bonum libenter agit:prudenter intelligit:illius vero oculum non immerito simplicem dixerim:vt pote cui, neutrum bonum desit nec zelus scilicet bonus/nec sciētia:is vero oculus neq̄ est/qui peruersus pariter et totus bonum agit:et malum credit.Ambrosius de officijs.scriptum est enim ex verbis tuis condemnaberis:nam homo sapiens tacebit vsq̄ in tempus: vnde Dauid dixit.custodiam vias meas/vt non delinquam in lingua.illi prudentiores sunt semper habiti/ qui multorum hominum conuersationibus probātur eruditi.Fortitudo est habitus/per quem humana voluntas existit fortis ad lucrandum virtutes:destruendo vitia et peccata:nam (teste Aristotele) difficile est secundum virtutes operari:et licet diuersi sint fortitudinis modi/ quos Aristoteles in suis ethicis ponit:sufficit tamen nobis eam in genere declarare cuius actus est in licitis/et honestis/et maxime propter deum mortem non timere.Temperantia est habitus/per quem homo temperate comedit/et bibit: potest tamen ampliari ad castitatem/pudicitiam bonoris/et scientie cupiditatem:ꝛ generaliter ad omnes mediocritates voluptatis/ꝛ tristitie.et hec de virtutibus cardinalibus.¶Restat nunc de virtutibus theologicis videre/et primo de fide:est enim fides habitus/quem donat deus homini/vt credat/aut intelli-

De virtutib⁹ theologicis.

gat supra vires suas: q̄ quidem habitus est intellectus humani/quo eleuatur supra vires suas/videlicet ad intelligendum deum/et omnes articulos fidei: ꝛ talis habitus creatus est a deo effectiue: disp̄positiue tamen habet esse a voluntate humana/inquantum se disponit de vna credulitate in aliam/quousq̄ deus infundit talem habitum fidei/mediante quo intellectus (vt dictum est) attingit obiectum supernaturale: et sic ostendit voluntati quid eligendum/et diligendum sit: nam secundum Augustinum/nihil volitum nisi precognitum. ꝛ ipsa fides diffinitur ab Apostolo sic. fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium (id est secundum Damascenum) est argumentum eorum que non videntur/licet intelligantur: nam deum nemo vidit vnquam: mediante tamen fide potest homo ipsum deum intelligere: vt patet in tractatu de introductione artis. Unde est notandum/q̄ duplex est fides siue credulitas precedens actum intellectus/et sequens ipsum. primo modo est certa noticia eorum que fidei sunt/cum quadam tamen obscuritate: et de tali dicitur/q̄ fides est credere quod non vides oculo corporali/nec intellectuali. ¶ Secundo autē modo est clara et infallibilis noticia omnium articulorum. vnde Augustinus in libro de vtilitate fidei/sic inquit/non omnis homo qui credit/intelligit: sed bene omnis qui intelligit credit. ¶ Spes est habitus/quem deus donat homini: vt speret ab eo donum/iuuamen/ꝛ indulgentiam recipere/et sic est infallibilis: si homo tali habitu vtatur ad bonum: ꝛ non sit in eo difformatus propter peccatum: nam si quis existens in peccato sperat a deo obtinere aliquid/quod non fit licitum: spes talis inordinata et male conditionata est fallibilis/et nō aliter et si dicis/q̄ pluries accidit/q̄ homo in deo confidit/q̄ iuuet eum ad faciendum aliquod bonum ad bonorem suum/aut est in periculo mortis: sicut miles in bello/aut nauta in mari: ꝛī deo cōfidūt: ꝛ eor cōfidētia finē nō sortit: ꝛ moriunt et ideo spes est fallibilis. Ad hoc respondet doctor noster in sententijs dicens/q̄ si homo nesciat clauū cū bono malleo facere: malleꝰ nō ōficit: ꝛ ille ōficit/q̄ de illo bene agere nescit. a simili spes a deo data est perfectum instrumentum: cum deus quicquid dat/perfecte dat: et sic non deficit spes: sed ille qui male vtitur ipsa/difformans ipsam per accidens/quando est in peccato: et cum ipsa credit bene agere: et quando dicit/q̄ spes illi deficit: quia vult facere aliquod bonum propter deū/ꝛ non perficit: et sic de periculo mortis/male dicis: quia spes non deficit/sed perficit: cum deus in tanto recipit illud bonum propter intentionem hominis: sicut propter perfectionem illius boni: et forte deus mutat illum ad perficiendum aliud bonum ratione meriti/ꝛ spei: et si miles/aut nauta moriatur sperans in adiutorio dei: deus propter spem quam habuit mortuus ei gloriam dat: ergo predicta ratio non procedit/neq̄ concludit: sed confitendum/sperandumq̄ semper est in deo. ¶ Charitas est habitus/cum quo voluntas supra vires suas deum super omnia diligit: ꝛ proximum sicut seipsum: de ipsa charitate multa dici possunt. vnde sanctus Joannes sic inquit. quoniam hoc mandatum habemꝰ a deo: vt qui diligit deum/diligat et fratrem suū: qui habet charitatem/totam legem implet: plenitudo enim legis est charitas: nihil charitate ex

celle ntius/precioſius/neq; in celo ſurſum/neq; in terra deorſum. charitas eſt bo norum omnium cauſa. per charitatem bona nobis omnia manifesta ſunt: per eam infernus captiuatus eſt. Adam reuocatus ad gratiam. per charitatem pa radiſus reſeratur: celorumq; regnum repromittitur: hec piſcatores theologos fecit: hec montes/ꝛ ſpeluncas pſalmorum vocibus replet: iſta corroborauit mar tyres: neq; viros tantum/ſed et mulieres/ꝛ pueros: per hanc ſancti omnes an guſtam et artam vitam tenuerunt. De patientia/eſt enim patientia virtus/ qua homo mouet voluntatem ad eligendu3 paſſiones ſuper viribus ſuis: qm̃ patientia eſt habitus voluntatis: iō volūtas hoīs cū bonitate ſue patiētie vicit ſuā malicia: ꝛ cū magnitudine vincit ira: ꝛ cū duratione durat cōtra ipatientia: et cū ptāte charitatis/et humilitatis oīa vicit: et ſic cū charitate eſt de gñe humi litatis: ꝛ ſic vī emanare ab ipa caritate: ſuo mō dicēdū eſt de pietate: nā ipſa eſt virt⁹/cū qua volūtas mouet ſe ad habēdū dolorē de languorib⁹ proximi ſui: ꝛ ſic videtur/q; charitas ſit habitus eius: licet charitas ratione ſummi obiecti ſit prius: pietas autem ratione obiecti inferioris eſt poſterius. De his duabus vl timis virtutibus plura alibi ſcripta ſunt: et primo de patientia Gregorius ſic inquit. miles dei aduerſitatis bello deprehenſus ſcutū patientie debet ante ferre ne pereat: et ad predicandum prōptus amoris inferre iacula: vt vincat: cuius ar mature ſummam Paulus breuiter inſinuat/dicens. charitas patiens eſt: beni gna eſt: cum vero vnum ex vtroq; defuerit/Charitas non eſt. ¶ Item qui patiē tiam ſeruare contemnit: ſocialem vitam citius per impatientiam deſerit: ꝛ qua ſi membrum ſeparatur a corpore. de pietate dicit. verba iuſtorum ex radice ve niunt humilitatis: vt fructum valeant ferre pietatis: ꝛ quicquid ſalubre potue rint/non tumendo/ſed patiendo ſubminiſtrant. Ex his patet/quomodo pa tiētia et pietas ſint a charitate: nā ipſa charitas dicit quaſi charavnitas: qr̃vnit animam deo: ꝛ omnes alie virtutes vniuntur cum ipſa: vt inferius deducetur: nam abſq; tali coadiuuamine ex puris naturalibus homo nō poſſet ſupremū gradum amatiuitatis attingere: nec deus vellet ab homine intime amari: quod minime dicendum eſt: eſt tamen verū3/q; in homine requiritur prouia diſpoſitio: ad hoc/vt deus tribuat ſibi talem habitum: nam actus actuorum (vt ab Ariſto tele) ſunt in patiente bene diſpoſito. et ſic homo ſe diſponit de vna amatiuita te in aliam: quouſq; deus infundat habitum charitatis in voluntate hominis: nam aliter non eſſet actiua in attinctione ſupremi obiecti: ſed mere paſſiua: nec per conſequens mereri poſſet: eſt ergo neceſſaria talis prouia diſpoſitio in volun tate hominis: et quanto magis ſe diſponit/tanto altius aſcendit: et maiorem actū adheſionis habet/ſiue conatum: et per conſequens maius meritum conſe quitur ex tali conatu: quia maiores ſimilitudines amabilitatis dei charitate characteriſante anima in ſe recipit: ꝛ ſic charitas menſura meriti dicitur: non quod ipſa augmentum augmentatione humanorum actuum in ſe recipiat: ſed quia maiores characteres in anima imprimit/quos de potentia anime in actū ꝺducit: ꝛ ad hoc plurib⁹ iuuat/ꝛi p̃mis itellectu/oſtēdēdo volūtati qd amare de bet: ꝛ nihil eſt quod a tali dilectione eā arripere (ipſa nolente) poſſit: coadiuuat

etiam ſpes charitatem: nam quanto homo maiorem habet ſpem in deo: tanto cauſat maiorem charitatem. Iuſticia etiam diſponit charitatem / diſponendo obiecta: quoniam iuſtum eſt / ꝙ homo deum (a quo habet eſſe / et bene eſſe) diligat / et proximum ſuum: ac etiam ſeipſum. Prudentia etiam diſponit / et coadiuuat charitatem: quoniam magna prudentia eſt amare deum / et proximum ſuum: et magna ſtultitia eſt deum non amare. Fortitudo eſt virtus / cum qua charitas ſe fortificat contra crudelitatem: et inimicitiam / quibus contrariatur: ⁊ victoriam conſequitur ratione fortitudinis: coadiuuatur etiam temperantia quoniã in gula charitas eſſe non poteſt: oportet ergo quod temperantia ſit / vt charitas eſſe queat. Ex his omnibus fit vnus habitus / qui charitas dicitur: nam a nobiliori capit denominationem. Et ſi dicas / ꝙ ex pluribus habitib⁹ ac quiſitis et ſupernaturalibus fieri non poteſt vnus habitus: verum eſt vnitate eſſentiali: ſed non vnitate conuenientie / inquantum verſantur ſimul circa idem obiectiue: et conueniunt in hoc qõ eſt amare deum / et proximum: vt exemplificari poteſt de olea inſerta in oleaſtro: que vnã faciunt / ſiue conſtituunt arborem / naturis tamen remanentibus diſtinctis: ⁊ vnum fructum producunt / et quanto oleaſter plures habet radices / quibus plura alimenta / et pinguiora recipit: tanto olea maiores et pulchriores fructus reddit: et ſic fructus bonitatem alimenti menſurant / ac indicant. Et ſi dicas vlterius / quod menſura ſecundum Ariſtotelem decimo Methaphyſices cum ſuo menſurato debet eſſe homo genea / dicitur / quod hoc verum habet in mathematicis: non tamen in moralibus: nam (vt dicitur inferius) lex humana a naturali ſumit normam: et per conſequens a diuina: et ſic merita hominum menſurari debent ſecundum quod magis / aut minus accedunt ad charitatem ſupremam / que eſt ſpiritus ſanctus: et voco ſupremam charitatem in proposito ſpiritum ſanctum obiectiue: ſubiectiue vero habitum conſtitutum ex omnibus habitibus acquiſitis / et ſupernaturalibus: cuius actus repugnat omni peccato intenſiue et extenſiue / ⁊ tꝫ per illã thopicaꝫ. ſicut propoſitum in proposito: ita oppoſitum in oppoſito: et hec virtus ſolum et ſimpliciter debet dici heroica per excellentiam. ⁊ hec de virtutibus ſufficiant.

De peccatis.

Peccata cauſantur a voluntate a pluribus actibus elicitis ab ea / in ꝙtum diſformes ſunt rationi recte. Diffinit peccatũ ab Auguſtino in de ciuitate dei / ſic. peccatum eſt abſentia boni / quod debet ineſſe: vel ſecundum Ambroſium / eſt preuaricatio legis diuine / et celeſtium inobedientia preceptorum: et eſt dupler: originale videlicet et actuale: originale fuit actuale in primo parente: et in nobis dicitur originale / ſeu naturale / ex eo: quia ab ipſo primo parente originem trahimus: in quem omnes originaliter peccarunt: de quo iam in ſuperioribus actum eſt / et determinatum: actuale autem eſt dupler: videlicet / mortale / et veniale. mortale eſt illud quod directe venit contra preceptum / aut contra aliquam eius dignitatem: contra preceptũ peccauerunt primi parentes / in ꝙtum comederunt de fructu vetito: quoniã maluerũt adherere dicto diaboli / ꝙ̃ preceptũ dei ſeruare: ꝫ dignitatẽ / vt patꝫ in lucifero / qui peccauit cõtra dignitatẽ dei: ex eo / qꝫ voluit eã

lis esse deo: nam omnis actus creature rationalis/qui est cum libertate est virtuosus/vel vitiosus: sed per actum virtuosum non potuit lucifer deuiari a fine inuito sibi a deo: quia tunc virtus esset causa deuiationis/et mali: ergo habuit voluntatem depranatam/gratia cuius cecidit in infernum cum suis sequacib⁹: nec est dicendum/q̄ in primo instanti post eius creationem non intellexerit deū: quoniam tunc deus fecisset ei iniuriam/si absq; demeritis ipsum damnasset: ideo quia rationalis creatura erat: potuit intelligere/quod si peccaret: iuste puniretur: sed quia iudicia dei abyssus multa/inuestigabiles vie domini: nequit intelligere/an deus faceret id qō iuste facere posset. hec Anselmus. et sic veram habuit de deo notitiā sufficientem/ad hoc vt illud esse peccatum cognoscceret: nec ex eo quia in illo priori intellexit deum/fuit beatus: cum ad verā beatitudinem non modo requiratur actus intellectus: sed etiam voluntatis: nam deus non magis intelligibilis est/q̄ amabilis: cum in deo non sit maioritas/nec minoritas: sed summa equalitas: tamen quia lucifer non habuit actū adhesionis/sed ipsum depranatum: ob hanc causam peccauit: gratia cuius a priuatione in habitum non est regressus duplici de causa: prima/quia omne simpler aut se conuertit ad bonum simpliciter/aut ad malum. secunda/quia ipse lucifer cum suis sequacibus peccauit nullo instigante: ideo debuit surgere nullo iuuante: quod fuit impossibile. ¶Peccatum mortale diuiditur in nouem peccata capitalia: vt patet in alphabeto predicto: et differentiam/et maioritatem ab obiectis recipiunt: vt patet de mendacio/quod directe venit contra deum qui est ipsa veritas: gula vero non/et sic maius peccatum erit mendacium/q̄ gula: et isto modo examinantur peccata artificialiter in figura iuris inferius posita: vt cuilibet peccato correspondeat equalis pena: et sic peccatum quanto magis discedit a rectitudine/tanto dicitur maius: vt patet de linea: que quanto descedit a rectitudine/tanto efficitur curuior: ac etiam illud peccatum dicitur maius intensiue: quod plus habet de ratione voluntarij: et hoc subiectiue: obiectiue tamen (vt dictum est) illud quod maius obiectum offendit/videlicet deum/et papam/plus q̄ alium principem: et sic gradatim ascendendo per trian gulum croceum/et extensiue/quando est contra plura bona/quorum priuatio tale peccatum est: et licet ipsum peccatum nihil positiue sit: quia non habet autorem efficientem: sed deficientem per Augustinum contra Julianum: est tamen occasio pene/inquantum creatura/que creata est ad intelligendum/et diligendum deum/effugit talem finem: et conatur retrocedere ad id quod prius fuerat videlicet ab esse ad nihil: quod sibi est impossibile ratione esse/quod est a deo: et ratione finis: quia creata est propter deum: et si posset regredi in nihilum/non posset puniri in infinitum: quod esset contra iusticiam/dominationem/et potestatem diuinam: postq̄ enim peccatum eius infinitum est: quia tantum quantus ille videlicet deus est in quē peccauit: iccirco ei pena infinita debetur: quam minime pati posset: si in preteritum transiret: et sic est sibi impossibile in priuationem simpliciter deuenire: sed euacuato fine occasione peccati occasionat se ad penam/contradicendo intentioni finali gratia cuius creata est: nam sicut

febricitans ꝓpter inordinatū comedere/ aut bibere deuiat⁹ est a fine caliditatis naturalis subiecti:ꝛ occasionat se/ vt agat cōtra seipsum in macerādo/ desiccando cōtra ꝓpriū subiectū:ita ꝙ creatura rationalis ꝑ sua scelera occasionat se ad penas eternales:peccatū vero veniale est illud /qđ est contra modū rationis vt est sermo vacuus/risus inanis/ꝛ sic de similibus:ꝛ dicit veniale: qz pluribus modis quis pōt illi⁹ cōseq veniā:vt ꝑ aquā benedictā/cōfessionē gñalem/ꝛ implēdo opa mie:de mortali vero nō est sic:qm̄ ex eo mors aie sequit:que vinificari nō pōt absq; penitētia in se cōtinente cōtritionē oris/cōfessionē/ꝛsatisfactionē ꝛ neq; sine spāli gratia dei:ideo dictū est mortale:ꝛ scōm ꝓdictā diuisionē videndum est de quolibet figillatim in se/ꝛ sic seruādo ordinē videam⁹ primo de auaritia/que discurribilis per principia ꝛ regulas hui⁹ artis est/modo qui sequit. auaricia cū sua malicia impedit bonitatē/ꝙ nō sit ratio bono/ꝙ agat bonum de bonis:ꝛ magnitudo magnificat maliciam:ꝛ quāto durat auaritia/tanto durat suus actus insatiabilis:ꝛ ꝓpter hoc auarus augmentando diuitias credit quiescere: sed non potest:ꝛ sua potestas est habitus priuatiuus potestatis largitatis:sicut surditas potestatis audit⁹:et sicut auaricia elenat intellectū sua vires suas ad falsitatē:sic ꝛ volūtatē ad credēdū/ꝛ diligēdū futura: ꝛ nō gescit in his que hz:ꝛ quāto magis homo auar⁹ habet :tanto magis credit se esse virtuosum:ꝛ quod est verum/qđ falsū fit:ꝛ ecōtrario/vt infidelis:ꝛ non hz delectationē in his/que hz:adhuc em̄ indigentē se credit:hō auarus nō distinguit inter largitatem/ꝛ auariciam:eo qz credit ꝙ hoc quod est auaricia sit largitas:nec potest habere concordantiam cum aliquo homine virtuoso:ꝛ quanto magis est diues/tanto magis contradicit ꝓximo suo: qz fini bonorū est contrarius:et peruertit principia positiua in priuatiua:ꝛ sic quāto magis credit quiescere/tāto magis laborat:ꝛ hō auarus cū sua auaritia oia coniungit/ꝛ mēsurat:ꝛ quiescit in fine priuatiōis:sicut hō patiens famē:ꝛ illi placet pati illā: ꝛ cum maioribus diuitijs est magis auarus:vnde patet/ꝙ quanto magis habet/tāto magis appetit habere:ꝛ nō coequat:qz auaritia cōsistit in extremis. ¶ Per regulas deducit sic. Utrū auaricia sit gñalius peccatū obiectiue:et dicit ꝙ sic:qz plura ꝛ diuersa obiectat:ꝛ appetit:ꝛ ꝑ ꝓmā speciē regule L.peccatū:qđ deuiat bona a fine ad quē ipsa ordinata sunt:ꝛ hz in se correlatiuos priuatiuos / sicut largitas hz suos positiuos:ꝛ est in hoie auaro habit⁹ priuatiu⁹/cū quo sibimet causat paupertatē/tristitiam/ꝛ laborē:ꝛ non hz requiē in suis diuitijs/sed potius laborē/ꝛ angustiā/ꝛ per primā speciē regule B.ipsa auaritia est de seipsa id qđ est:vez nihil:qz nō est creatura/aut virt⁹:ꝛ est ex defectu morali hois:sicut surditas ex defectu nature:ꝛ est hois auari:ꝛ per primā speciē regule E.quare est ex eo :qz homo nō vult habere largitatē/ꝛ per scōam vt hō nō bēat largitatē:neq; requiē in suis bonis:ꝛ ꝑ primā spēz regule F .est habit⁹ priuatiu⁹/ꝛ cōtinu⁹:ꝛ est discreta/iquā tū pōt augere/ꝛ diminuere suos actus ad placitū:per primā spēm regule B.propria qualitas auaricie est insaturabilitas:per scōaz paupertas est sibi qualitas appropriata/ꝛ labor/tristicia ꝛ hmōi/per regulā D.hō auarus est in tpe /de auaricia habituat⁹/habēs dolorē de preteritis/cogitādo ꝙ plura potuisset acqrere

est habitus /cum quo inconstans est multipharie variabilis:de quo Boetius in libro de disciplina scholarium/ad longum.de virtutib⁹ et vitiis in generali multa et varia inueniuntur apud doctores:sed quia nos breuitati studemus:iccirco pauca hic de ipsis dicemus.Augustinus sic inquit.ab emulatiõe/obtrectatione/inuidentia:ab bonorumq; ambitionibus/ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate homines se abstineant:amorem autem pecunie totius sue speciei certissimum venenum esse credant :nihil eneruiter faciant:nihil audacter:in peccatis autem suorum vel pellant omnino iram:vel feruenter:ita vt sit pulse similis:neminem oderint:magnopere obseruent / cum vindicant:ne nimium sit:cũ ignoscunt:ne parum nihil puniant: quod nõ valeat ad melius:nihil indulgeãt/ quod vertat in peius:suos putent oẽs iniquos: inimicitias vitẽt cautissime:ferant equissime.Idem Augustinus in libro de libero arbitrio .deus est medic⁹ et febris persecutor:vt sit hominis liberator:sic auaricia /sic libido /sic odium/ eõcupiscentia /ambitio/luxuria/ꝛc.febres sunt anime/debes illas odisse cum medico /q̃ amarus est cibus egris /quando reficiuntur :et peiorem horam deputant egri refectionis sue/q̃ accessionis :et tamen cogunt se concordantes cũ medico :et q̃uis inuiti et oblactantes vincunt se/vt aliquid accipiant:vt autem nõ sequatur malꝰ caput suum /teneat se ad caput ecclesie/videlicet rp̃m :nam amara sunt que dico :aut si amara sunt/curent:potio ista si amara est /bibatur :melius est enim modica amaritudo in faucibus/q̃ eternum tormentum in visceribus:turpe est vt vir dicat non posse fieri/quod facit femina :ideo nolite dicere/ non potest fieri :sed mutate conditiones.Cassiodorus. nemo se auarũ intelligit esse:nemo cupidum:ceci tamen ducem querunt :non sine duce erramus :dicim⁹ non ego ambitiosus:sed nemo Rome aliter potest viuere:non ego sumptuosus sum : sed vrbs ipsa magnas impensas exigit:non est mecum vitium :quia iracundus sum:adolescentia hoc facit /quidẽ nos decipimus non extrinsecus:malum nostrum est:intra nos est:in visceribus ipsis sedet :et ideo difficiliter ad sanitatem venimus :q; nos egrotare nescimus:quemadmodum anhelitus multis modis impeditur / sic oratio et deuotio : et hoc quando cerebrum .i. sensus per ignoratiã opilatur :qñ cor et mens vulnere inuidie vulneratur : quando timor desperationis interius generatur :et color spei repercutitur / et fugatur :qñ pulmo.i.affectio pforatur:et ad mũdana exteri⁹ aperit:et qñ homo delitijs subiungitur :et canalis cordis constringitur / et repletur :et quando aer ideſt exterior societas corrumpitur :et quando venenum male suggestionis ad cor interius intimatur /et profundatur : et quando nimio calore mali amoris anima rarefit : et quando nimio frigore mali timoris nerui conscientie coartantur: iste enim sunt passiones /et quedam vitia :et infectiones/que anhelitum deuotionis impediunt :et que mortem culpe/ et pene animã suffocant :et occidunt:et vitam gratie sibi auferunt /atq; tollunt :quia sicut dicitur Ezechielis .xviij. alia que peccauerit /ipsa morietur:sunt nõnulli homines/qui quanto magis nocuerunt:tanto nocere amplius delectantur : quemadmodum demones : vt inquit Gregorius.xxxij.moralium:nam tales quidem homines sunt obstinati :quidã crudeles /impij/et tyrãni /sicut sunt aliqui vsurarij :et officiales principium:qui

a deo

veſtrum paruuli. Gregorij. lumen elatis occupatisq; mentibus abſconditur: afflictis humiliatiſq; reuelatur. habent hoc homines arrogantes proprium: vt cum rectum quid/vel parum ſenſerint: in vſum hoc elationis inflectant: atq; vnde per intellectum ſibimetipſis altiores fiant/inde per tumorem in foueam elationis cadant: ſeq; doctis doctiores exiſtiment: reuerentiam ſibi a melioribus exigant: et docere ſanctiores quaſi ex auctoritate contẽdant. legitur de Diogene philoſopho: cum Alexander magnus diceret ſe dominatorem orbis: ille ait. nequaq; es dominus: ſed ſeruorum meorum ſeruus/ſuperbia enim domina tua: et ancilla mea te circunducit: ego autem eam ſuppeditaui. hec ille. ¶Accidia eſt habitus/cum quo homo in faciendo eſt piger: et gaudet de malo proximi: et ſic ad agendum malum eſt velox/et ſollicitus: ſed ad agendum bonum eſt piger: et ſic accidia facit voluntatem hominum pigram ad diligendum bonum: ſollicitaz autem ad amandum malum: de quibus Gregorius ſic inquit. quos multa mundi implicamenta occupant/habitationem celeſtis patrie non requirunt: ſed ipſa eos quam ſpetenus tenent/fides increpat: ne otij delectatione torpeſcant: atq; exemplo ſuo alios a laboris tolerantia et ſtudio longanimitatis frangant: vnde eis per Moyſem dicitur. nunquid fratres veſtri ibunt ad pugnam: et vos hic ſedebitis? ¶Inuidia eſt habitus/cum quo inuidioſus appetit iniuſte bona alterius: et plura appetit/q; auarus: et ſic eſt generalius peccatum obiectiue/q; auaritia: nam auarus hoc quod obiectat credit habere: inuidus autem multa obiectat/que ſunt impoſſibilia ad habendus illa. vnde Hieronymus: nam tanto longius menſa neceſſarijs ceſſat: quanto inania latius cogitat. Gregorius. incipiamus bonas cogitationes diligere: et ſtatim ab illis que male ſunt dignabitur dominus liberare. ¶Ira eſt habitus/cum quo iratus ligat ſuam libertatem/et deliberationem: et ſic mouet ſe ad odiendum bonum abſq; deliberatione: z cum magno furore vincit omnia: ſed remedium datur cũ magna abſtinentia: z deliberatione/obiectando obiectum peregrinum: perſeuerandoq; in illo. vnde Auguſtinus. qui certaminibus delectantur/alienabuntur a pace: et ſummis difficultatibus implicabuntur: intantum enim ſumme difficultatis eſt bellum/atq; contentio: et hoc ſignanter/q; ligantur ei manus z pedes/ideſt facilitas omnis auferetur operandi: iratus et crudelis eſt contra charitatem pietatemq;/z talis facit voluntatẽ cecam: et ſe ipſum percutit: et increpat/quando iraſcitur: et non ridet: et ſic eſt figura diaboli: illi homines appellantur phantaſtici: qui de phantaſia falſas trahunt ſimilitudines: p puerſam phantaſiam eſt homo fatuus: et mouetur ad iram: et per talem phantaſiam ſunt homines furioſi: qui plus ſequuntur imaginationem/q; intellectum. ¶Mendacium eſt habitus/cum quo mendax fatur: ſiue teſtatur contra rei veritatem: et ſic homo falſus et mendax decipiens alium decipit ſeipſum: z eſt magnum peccatum obiectiue: ex eo quia contra veritatem/que eſt deus directe venit: ió mai⁹ pctm eſt nõ ſeruare pmiſſionẽ: et iuramentũ/qõ eſt factum per deum/q; per hanc paleam: ex eo/quia offendit bonum infinitum: et ſeruando prenalet iurare per deum/q; per creaturam: quoniam in tali iuramẽto adducit hõ in teſtez id p quod iuratur: et ſic facit et honorem. ¶Inconſtantia

eſt ſubiectum iuris in iudicio: ſequitur q̄ iuſticia ſit ſubiectum: de quo predicen-
tur principia huius artis cum diffinitionibus eorum: vt cum dicitur iuſticia eſt
bona: iuſticia eſt magna ⁊c̄. vnde ſequitur/ q̄ iuſticia eſt ratio bona/ ⁊ magna iu
dici: vt ipſe faciat bonum et magnum iudicium ⁊c̄. et per hoc patet q̄ principia
huius artis ſunt forme ipſius iuſticie/ ſine quibus ipſa iuſticia perfecta eſſe non
p̄ōt: ipſa quidē iuſticia eſt ſubiectum earū/ que ſuſtētātur in eo: verūtamen ipſa
iuſticia eſt forma reſpectu iudicis habituati de ipſa: iterū eſt forma ratione actio
nis/ quam habet iudex cum ea in iudicato: ⁊ per conſequens patet/ q̄ iudicatus
eſt ſua materia conſiderando iſto modo: nam ſupra ipſum iudicium fit a iudi-
cante/ ſicut actus fit in agibili ab agente: ⁊ hoc clare patet per tertiam ſpeciē regu-
le C. in iudicio recto et perfecto ſequitur q̄ iudex diſcurrat iuſticiam per princi-
pia et regulas huius artis: ſicut diſcurſa eſt in ſuperioribus: et ſi hoc facit/ iuſti-
cia cum iudicio in iudicato eſt forma perfecta/ et neceſſaria/ et ſine aliqua con-
ſcientia dubitatiua iudex vti poteſt ea in ſuo iudicato. Si autem iudex eam non
diſcurrat per ante dicta/ vt ſupradictum eſt/ male quidem ei cōtingit: etiam cum
conſcientia vtitur predicta iuſticia dubitatiue/ qō eſt anime ſue magnum/ et ter
ribile periculum/ qui enim magnum damnū abſq̄ prudentia et diſcretione dat:
dignus eſt iudicio penoſo. Jus ſcriptum verum eſt/ ſi principia et regule huius
artis in eo eſſe poſſint: ſi autem non/ tale quidē ius phantaſticum et fictum/ et
difformatum eſt. Principia nāq̄ huius artis et regule vere et neceſſarie ſunt ſi-
ne aliquo defectu: nam vnumquodq̄ verum et neceſſarium eſt qō id quod eſt nō
poteſt aliter habere: ſicut chriſtallus poſita ſupra diuerſos colores coloratur: ſic
leges aut canones quando ponuntur/ ſiue applicantur iſtis principiīs/ et regu-
lis huius artis colorantur/ et diſcernuntur/ hoc eſt fortificantur diuerſis rationi
bus neceſſariīs: et cito iudex per iſtum modum videt veritatem vtriuſq̄ partis:
quod non facit abſq̄ predictis: immo cum magna diuturnitate temporis et la-
boriōſo ſtudio habet videre veritatem: et adhuc eſt dubitatio: et in iſto paſſu co-
gnoſcit intellectus/ q̄ ius poſitiuum communiter traditum non eſt ars: ⁊ quod
non poteſt reduci ad artem per predicta principia ipſum reducendo abſq̄ leſio-
ne eius principiorum/ et regularum: nā regula eſt in iure poſitiuo vera et neceſſa-
ria apud iuriſtas: videlz̄ q̄ quicquid agant homines intentio iudicat omnes:
ſed ſarraceni et infideles credunt bene facere tenendo/ et obſeruando ſectam ma-
hometis et bona intentione mouentur ad eam obſeruandam: ergo talis inten-
tio pro bona reputabitur: certum et manifeſtum eſt q̄ non: ergo ⁊c̄. ¶ Item/
quis intendit et credit interficere auem: qui hominem interficit: iccirco fides ⁊ in
tentio eius nihil aliud boni operata eſt: ſed malum. Preterea habetur pro fir-
ma concluſione in antiquis rubrica de rebus alienandis vel non. q̄ tam ſcien-
tes/ q̄ conſentientes pari pena puniuntur/ poteſt tamen dari caſus/ in quo agen
tes erunt ſcientes/ et conſentientes tantum credentes: ideo in tali caſu non pari
pena puniri deberent. plures tales ſunt in corpore iuris poſitini/ que tanq̄ prin-
cipia per ſe nota ab omnibus tenētur: et quia fin Ariſtote. j. Phyſicorum dato
vno inconuenienti plura contingunt: ideo non eſt mirum/ ſi ius poſitiuum eſt cō
fuſum/ et prolixum: et ſi intellectus in eo impeditur: ex eo/ quia vna et eadem lex

a deo sponte ⁊ volūtarie vidētur recedere: et ex innata sibi malicia saluti ⁊ prosperitati hominum inuidere. Job. xxxiij. quasi ex industria recesserunt a deo: bonū enim sociorum ⁊ vicinorū sustinere nequeunt: et ideo damnationē/ ⁊ tribulationem eorum semper machinantur/ et querūt: et dato ꝙ illi aliquod commodum non habeant: sepe tñ fit ꝙ in nocumētis aliorum ⁊ preiudicijs se delectant: sicut patet de istis malis officialibus/ qui gaudēt/ et non cessant magistris subditos accusare: et quicquid mali possunt alijs procurare: ipsosq; decipere/ et fraudare/ iniuriari/ ⁊ turbare: nisi boni principis vel prelati prouidentia ipsos sciat debite coercere: ⁊ a suis malicijs cohibere. vnde scriptū est: aduersarius vester diabolus/ tanq̄ leo rugiens circuit querēs quem deuoret: anima q̄uis sit de se purissima: tñ propter coniunctionē cū carne malas incurrit passiones/ et sordes: sic vere bona persona q̄uis pura et munda existat: si tñ carni/ id est alicui persone associata fuerit/ ⁊ cōiuncta: sordes vitioꝝ cōtrahet: ⁊ ipsius malis verbis ⁊ exemplis malas cōditiones faciliter incurret. ⁊ hec de moralibus sufficiant.

De cōsideratione canonistarū iuristarūq; / seu de vtroq; iure canonico/ videlz ⁊ ciuili.

CAm iuris sciētia in multis voluminibus multū prolixe ⁊ cōfuse sit edita/ ⁊ infinita sint accidentia/ que illi cōtingunt: iccirco figura iuris est in hac arte ex tantis ⁊ talibus principijs aggregata: qō inde potest elicere iurista vnū quodq; particulare vtriusq; iuris/ ⁊ ipsum examinare: et verum sensum illius decretalis aut legis cognoscere: nam primi cōditores nō absq; ratione iura positiua cōdiderunt: ideo si ipsa iura deperdita essent: posset artista huius artis per artē eadē recuperare: nā cōsiderat in primis iurista iusticiā in his que sunt licita/ ad euitandū illicita: vt sit pax/ et charitas inter gentes in amādo deum: eiq; seruiendo: honorē ac reuerentiā ipsi faciēdo: iccirco dicunt iuriste/ ꝙ principia iuris sunt deū diligere/ honeste viuere: ⁊ vnicuiq; qō suū est reddere: ⁊ qz deficit charitas in gētibus: ⁊ bonū speciale plus diligitur/ q̄ publicum: ideo inuenta est sciētia iuris/ in qua posite sunt leges/ ⁊ canones ad conseruādum id qō conuenit publice vtilitati et speciali/ et ordinationi illius boni: iccirco inuenti sunt iudices/ aduocati/ et doctores ad conseruandum ⁊ tuēdum scientiā iuris ꝑm mādatum pape/ et imperatoris: ⁊ ad positiones quas fecerūt: in quib⁹ sciētia iuris sustētatur: sunt principia naturalia primarie cause/ que generalia sunt ad particularia: in quib⁹ sciētia iuris cōsistit: nam ius ml aliud est/ q̄ actus regulatus in boīe de iusticia habituato: per primā speciē regule L. quatuor sunt principia primitiua iuris: scz ius diuinū/ ius naturale/ ius gentium/ et ius positiuū. Jus diuinū cōsistit per diffinitionē maioritatis/ minoritatis: ⁊ concordantie existentiū inter deū ⁊ hominē. Jus naturale consistit necessaria diffinitione rationis/ bonitatis/ magnitudinis ⁊ c̄. Jus antē gentiū cōsistit per diffinitionē cōcordantie/ ⁊ equalitatis existentiū inter hominem et hominē: sed ius positiuum cōsistit volūtaria ratione boīs inuenēdo ipsum: et ponēdo diffinitionē bonitatis/ magnitudinis ⁊ c̄. ⁊ in istis terminis siue principijs oīe genus iuris cōtinetur per secūdam speciē regule L. per tertiam speciē L. ius est in alio: et per quartā speciē eiusdē actionē habet in iudicato. Jterū ius habet formam ⁊ materiam in secūda specie D. ⁊ prima E. ex quib⁹ est. Jn secūda aūt specie E. iusticia

ſed ius diuinū ⁊ naturale ſunt mēſure permanētes/a quibus leges humane mē-
ſuram immortalitatis/immutabilitatis/ et permanentie ſuſcipiunt:ideo meri-
ta/aut demerita hominum ꝑm ꝙ magis aut minus accedunt ad charitatem ſu
premam:aut contrariantur/eidem menſurātur:et hec eſt regula generalis in hac
arte:cum ipſa ſuprema charitas ſit perpetua/et conſtans voluntas:tribuēs vni
cuiqz qđ ſibi debetur:cui humana voluntas conformari debet:et ab eadem regu-
lari: nam lex diuina fas eſt:cui conformatur lex nature:et per conſequens huma
na conformari debet vtriqz:vt patet ex enangelio: quo quiſqz habetur alīj facere
qđ ſibi vult fieri.vnde Chriſtus in euangelio.Omnia quecunqz vultis vt faciant
vobis homines:et vos eadem facite illis.hoc enim eſt lex et prophete: et ſic cū lex
humana cōtineatur ſub naturali: inquātū ex principijs nature humana abſtra-
hit concluſiones:vt patet ex illo principio.viij.Phyſicorū:videlz/ ꝙ nihil inordi
natum eſt eorum que a natura/et ꝑm naturam fiunt: nec a fortiori que ꝑm diui-
nam:omnes enim leges aut diuine ſunt/ aut humane: diuine natura/humane
moribus conſtāt.Jus naturale dicitur commune omniū nationum: eo ꝙ vbiqz
inſtinctu nature non conſtitutione habetur aliqua:vt viri et femine coniunctio:
liberorum ſucceſſio:et puerorum educatio:communis omnium poſſeſſio: et om
nium vna libertas:acquiſitio eorum que celo/terra/mariqz capiuntur.⁊ non mo
do ius naturale attenditur circa predicta:ſed etiam circa illa que eſſentialiter or-
dinantur ad inferiora: vt materia et forma/priuatio ⁊c̄.Jus humanum eſt qđ
ſummus princeps ſibi proprium diuina humanaqz cauſa conſtituit: vt cupidi-
tas coherceatur: iuſteqz ſeruiēdo deo viuatur: et eſt duplex/ videlz ius gentium
(vt predictū eſt)et ius poſitiuum. Jus gentiū eſt ſedium occupatio/ edificatio/
munitio/bella/captiuitates/ſeruitutes/⁊ cetera hmōi.Poſitiuum ius eſt qđ au
ctoritate ſummi pontificis in canonibus et legibus poſitum eſt. Jus vo conſue
tudinale eſt quoddam ius moribus inſtitutum/qđ pro lege ſuſcipitur/ cum deſi
cit lex:nec refert/an ſcriptura/an ratione conſiſtat:vocatur autem conſuetudina
le qđ in cōi vſu eſt. ¶ Et nota ꝙ lex canonica deriuatur a lege nature:et lex na-
ture a diuina:⁊ per cōſequens ⁊ humana:nam ex veteri et nouo teſtamento pro-
ceſſerunt canonice ſanctiones:⁊ in iure naturali nil aliud precipitur/ q̄ qđ deus
vult fieri/⁊ nihil aliud vetatur q̄ qđ deus non vult fieri.Ex quo infertur/ꝙ que
cūqz naturali iuri reperiūtur aduerſa/diuine volūtati ꝓbantur cōtraria:⁊ que
cūqz canonice ſcripture probātur cōtraria/eadem etiā videtur aduerſari legi diui
ne ⁊ nature:hoc aūt nō ſolum intelligas reſpectu cauſe formalis/vel materialis:
id eſt rationis que debet eſſe in qualibet canonica lege:que ſi non inſit in lege di-
citur potius legis corruptio:de legib⁹ vo ciuilibus idem dicendū eſt:nā oēs pen-
dent a lege naturali ⁊ intantū habēt de ratione legis/ inquātum participant de
lege eterna:cum enim lex non ſit niſi recta ratio ⁊ mēſura quedam niſi rectitudi-
nem habeat non dicitur lex: nam neceſſe eſt/ꝙ oīs ratio ex qua iſta inferiora gu-
bernātur a lege eterna deriuētur:a lege igitur eterna deriuatur naturalis/⁊ a na
turali canonica ⁊ ciuilis.vnde ab eterna lege nullo modo poſſunt diſcrepare:tūc
enim nec vim legis:nec rationē haberent. vnde Auguſti in libro.j.de libero arbi
trio/ꝙ in tēporali lege nihil eſt iuſtū/ ac legitimū: qđ nō ex eterna lege homines

